MELETEMATA ENTOMOLOGICA

auctore

Dre. Friderico A. Kolenati.

FASC. I.

PETROPOLI.

1845.

Jussu et impensis Academiae.

Fuss.

INSECTA CAUCASI

CUM

DISTRIBUTIONE GEOGRAPHICA.

COLEOPTERORUM

PENTAMERA CARNIVORA

auctore

F. A. Kolenati.

Accedunt tabulae II coloratae.

PETROPOLI 1845

Sumtibus Imperialis Academiae Scientiarum.

CELSISSIMO ILLUSTRISSIMO

AC

EXCELLENTISSIMO

PRINCIPI

Michaeli Semonidae

WORONZOW,

SUMMO PEDITUM PRAEFECTO, IMPERATORI AUGUSTISSIMO A LATERE

IN PROVINCIIS CIS ET TRANS CAUCASUM LEGATO CUM IMPERIO

NOVO-RUSSIAE ET BESSARABIAE SUMMO GUBERNATORI

ORDINUM IMPERIALIUM ROSSICORUM ET PLURIMORUM EXTERORUM EQUITI

ETC. ETC. ETC.

didi publico Petropolim expedienda et ella! nec antennulam neque tarsulum per 2600 milliaria Rossica provecta perdiderant.

Coleopteris investigatis et cum authenticis in Museo *Academiae* Imperialis scientiarum *Petropolitanae Ménétriesii* et *Faldermanni* exemplaribus rite comparatis in Fenniam ad Comitem de *Mannerheim* profectus sum, etiam hunc clarissimum entomologum ejusque divitem collectionem consultaturus. *Orthoptera* describenda tradidi excellentissimo *Fischer de Waldheim* opus nunc de hacce insectorum classe edituro, Ds. Professor *Eversmann Hymenoptera* et *Diptera* tractandi pronus partem dubiosam accepit. Descriptionem *Coleopterorum*, *Lepidopterorum* et *Hemipterorum* cum enumeratione specierum jam cognitarum atque adversariis ad illas ipse fasciculis emittam periodicis.

Collectio integra insectorum ex Caucaso constat ex:

Heteropteris	spec.	253,	quarum	55	spec.	novae
Homopteris	»	58,	»	15	»	»
Dictiopteris	»	8,	»	?	»	»
Neuropteris	»	6,	»	2	»	»
Lepidopteris	»	30,	»	4	»	»
Hymenopteris et Dipteris	»	50,	»	?	»	»
Orthopteris	»	60,	»	30	»	»
Coleopteris	»	950,	»	145	»	»
In toto	spec.	1425,	quarum	251	spec.	novae.

Collectio Coleopterorum continet:

Carabicinos	spec.	153,	quorum	22 spec.	novae.
Hydrocantharos	»	17,	»	4 »	»
Brachelytra	»	24	novas.		
Sternoxos	»	4	»		
Malacodermata	»	8	»		
Terediles	»	2	»		
Clavicornes	»	14	»		
Palpicornes	»	1	»		
Lamellicornes	»	9	»		
Melasomata	»	1	»		
Helopides	»	1	»		
Trachelides	»	5	»		
Vesicantes	»	3	»		
Stenelytra	»	3	»		
Curculionides	»	23	»		
Xylophaga	»	10	»		
Chrysomelina	»	12	»		

Non satis benevolentiam expertissimorum entomologorum Illustrissimi Comitis de *Mannerheim* et Domini *Ménétriés* laudare possum, qui consilio libenter mihi subvenere quibusque gratias quam maximas debeo. Ob idem summae humanitatis specimen et celeberrimae *Academiae Imperiali scientiarum Petropolitanae* inprimis membro hujus ordinario Do. Doctori et Directori musei *Brandt* gratias debitas persolvo. Singula, quae omnibus hisce fautoribus atque amicis debeam, suo loco celebrare non

omittam. Opusculum denique entomologorum sagacissimorum magisque eruditorum et expertorum benevolentiae commendans omni asseveratione confiteor, me *gratiori* animo correctiones accepturum fore stabilitas.

Quam maxime necessarium in entomologia proponere audeo longitudinem latitudinemque non solum cunctam, sed, ubi fieri possit, et partium singularium inter se, capitis, thoracis et elytrorum, metiendi, ut proportio habitusque magis inclarescat. Quam ob rem hancce methodum in opusculo persequutus sum. Mensura accepta linearum Parisiensium, latitudinem capitis semper cum oculis, dein summam thoracis elytrorumque mensus sum.

Petropoli mense *Junio* 1845.

Dr. *Fridericus Kolenati.*

Conspectus historicus.

Annis jam 1770, 1793 et 94 Academicus *Petrus Simon Pallas* Caucasum adgressus plures coleopterorum species in Spicilegiis Zoologicis fasc. 9. Berolini 1772 et in Iconibus Insect. Rossiae. Erlangae 1781 descriptionibus illustravit. — Anno 1804 Professor *M. F. Adams* e Caucaso reversus triginta nova eleutherata in actis soc. Caes. nat. scrutatorum Moscoviticae Tomo V. p. 278. 1817 promulgavit. — Magnam quantitatem Veteranus Rossicorum entomologorum Ds. Consiliarius publicus *Stévén* pluribus itineribus in Cis- et Trans-Caucasia collectorum coleopterorum partim denominavit partimque in Actis soc. Moscov. Tom. I. p. 155. 1806; Tom. II. p. 31. 1809 et Tom. II. p. 81. 1832 typis exscribendam curavit, cui *W. Besser* observationes specierum collectionis Stévénianae in Actis soc. Moscov. Tom. II. p. 5. 1832 adjunxit. — Permultas species e Caucaso acceptas publicavit Excellentissimus *Fischer de Waldheim* in Entomographia Rossica, I. 1820; II. 1823; III. 1825 — 1828 et in adversariis zoologicis hinc inde in Actis soc. Moscov. dispersis. — Annis 1829, 1830 Caucasum occidentalem sive orientalem, provincias Caspias et confinia Persiae Ds. *Ménétriés* jussu Academiae Imp. sc. Petropolitanae peragravit et in Catalog. Raisonné. 1832. Petropoli. 771 Species

Coleopterorum, e quibus 162 novae et 152 Species Lepidopterorum, e quibus 10 novae evaserunt, publice edidit. — Anno 1832 Ds. *Karelin* multa coleoptera e littore maris Caspii orientali Domino *B. Zoubkoff* tradidit describenda, quorum 30 novae species in Bull. soc. Moscov. Tom VI. p. 310. 1833 continentur. — Anno jam 1827 Ds. *Scowitz* copias in Transcaucasiam comitatus est victrices, horisque a negotiis botanicis liberis entomologiae consecratis non parum contulit ad hanc historiae naturalis partem promovendam. In Colchide febri maligna correptus diem obiit in urbe Kutais 12 Aug. 1830 supremum. Examinavit et publicavit thesauros Scowitzii entomologicos Ds. *F. Faldermann* sub titulis:

Coleoptera Persico-Armeniaca. 1832 et Fauna Entomologica Transcaucasica I. 1836; II 1837; III. 1838. Praetera Ds. *Victor Motschulsky* in Caucaso et Transcaucasia annis 1840, 41 et 42 militavit atque in Albania praeprimis innumeras detexit minutias.

Iter Caucasicum.

Annis 1843 et 1844 Cis- et Trans-Caucasiam Caucasumque occidentalem et orientalem perlustravi. Aprili anni 1843 Petropoli profectus sum in Russiam meridionalem et finiente mense ad littora paludis Maeotidis prope urbes Nachitschewan ad Tanain, Rostow atque Taganrog faunam collegi prodromam. Inde septemtrionali Caucasi declivitati sensim sensimque appropinquans ad amnem Cuban terram intravi Issedonum (Nagajorum) et expeditioni militari adjuncto opportuna fuit occasio, campos apricos trans Cubanium investigandi, ubi Manssuri et Naurussi tataricae stirpis dominantur. Progressi sumus mense Junio ad fluvium Intschuk (Selentschuk) ubi ha-

bitacula Abadsorum, ad torrentes Kefar et Besgon sedes Biberduchadsorum et Baschlibajeworum denique ad amnem Urup, quem monticolae Circassicae gentis Jegerukawi et Schapsugi tenentes innumeris deffendebant glandibus. Plura attamen coleoptera plerasque plantulas, occasionis non immemor faustae, prima in acie sub ictu denso collegi. — Initiante Julio secundum fluvium Podkumok thermas adgressus sum prope urbem Pjatygorsk montemque Beschtau denique terram Kabardinorum ita, ut exeunte Julio Alpibus Caucasicis superatis in urbe Iberiae Tiflis brevi tempore sim commoratus. Ingrediente Augusto per Cachetiam, sylvosum transgrediens vallem Gamborensem, desertum inter Yoram et Alazanium amnes situm Schiraki permeavi atque per provinciam Caspiam Scheki montibus me contuli Lhesgica gente bellicosa Caucasi orientalis inhabitatis, quorum praeprimis eminentem Ssalwat ascendi. Peractis peragendis pedetentim ad Caucasi centralis montem Kasbek (corax olim dictum), quem quolibet latere tenet gens Ossetica, regressus sum. Mense Octobris trans Somchetiam territorium adtigi sic dictum Pambaki et Schuragel (Armeniae montuosae partes) usque ad Turciae confinia. Ingrediente hieme per provinciam Kasachi et Schamschadil in castra me recepi hiemalia chanatus Gandscha. Ast brevis clemensque hiems nil nisi ex auctumno in verem vicissitudo dicendus. Mense jam Januario anni 1844 redeunte vegetatione Fauna quoque vitam recepit talem, ut mense Februario excursiones perplures in devexa planaque provinciae Elisabethopoleos et Karabagh optimo fecerim eventu. In omnibus hisce devexis redeunte aestate talis solis evasit ardor, ut initio Junii omnes plantae flaccescerent et deserta arida ab omni fere vita animali destituerentur ipsique incolae mon-

tes peterent. Sic quoque verem progredientem una cum Nomadis sensim sensimque sequutus sum ad suprema montium Karabaghensium cacumina summaque juga nive candida, quo tempore nive liquefacto rivuli huc illucque delabentes ima montium irrigarunt insectisque copiosis in apricis opimis Faunam exhibuerant vernalem. Integram fere aestatem mihi in montibus sic dictis Ssarijal, Kaepesdagh et Muroffdagh Persiae vicinis transigenti Fauna omnino jam Persica obviam venit. Redeuntibus Nomadis et ego in deserta humilia reversus sum. Augusto Caucaso appropinquavi et mox post ascensionem montis Kasbek subsequutus sum Petropolim.

Distributio geographica.

Accuratam interioremque animalculorum distributionis geographicae atque vivendi rationis cognitionem capere sibi illi tantum possunt, qui terras peragrarunt quoad clima et solum diversas; i. e. alpinas, marinas desertaque salina et arida. Omnes hujus generis diversitates Cis- et trans-Caucasia offert. Nam *summis alpium jugis* gaudet et *Caucasus* et *Armenia; montuosa sylvisque* obtecta utraque apparet *Caucasi* declivitas, *Cachetia, Somchetia, Colchis* et *Armenia; paludosae* praeprimis sunt orae orientales ponti *Euxini* et *Maeotici,* paludosa quoque *Guria, Abchasia* et ima montium *nigrorum* Caucasi occidentalis; expanduntur *deserta arida* et *salina* sive in Ciscaucasia prope torrentem Alonta aut *Terek*, sive in Transcaucasia valles inter Gamborenses (Ziwi) et fluvium Alazanium sic dicta *Schiraki*, ad amnem Yoram desertum *Uppadarense,* inter Cyrum et Yoram *Carajoënse* (Karajoës), desertumque *Mogan* Cyrum inter et Araxem; *orae litto-*

raque nobis adrident *marina* in utroque Caucasi demisso maris nimirum Caspii et ponti Euxini.

Plantarum distributio in immediato versatur cum distributione insectorum nexu, quam ob rem regiones etiam distinguendae concordant.

Sequentes regiones, in quibus plantarum insectorumque cernitur diversitas, adipiscendi per naturam fas est:

1. Regionem *alpestrem:*
   a. *nivalem* seu algidam.
   b. *alpinam.*
2. Regionem *sylvestrem:*
   a. *sylvosam.*
   b. *dumetosam* aut nemorosam.
3. Regionem *demissam* aut *arvalem:*
   a. *vervactam* sive novalem.
   b. *segetalem* aut cerealem.
4. Regionem *desertam.*
   a. *vepreculam.* (Jungle Anglorum).
   b. *aridam.*
5. Regionem *marinam* seu *maritimam.*
   a. *salinam* (deserta salina).
   b. *littoralem.*

1. REGIO ALPESTRIS.

Incipit haec regio in montibus sat altis a sylvae superiori termino (900 aut 1300 hexapod.) surgitque ad summa Alpium juga et cacumina. Tempore aestivali in hacce regione multo breviori nonnisi aestate insecta vitam degunt brevissimam, quo fit, ut maxima anni reliqui parte exiguum, ast hisce regionibus omnino propriorum insectorum, numerum ibi deprehendas.

a. Regio nivalis.

Summa amplectitur alpium glacialium cacumina summaque juga nive sempiterna candida rarissimis plantis ornata. Incipit haec regio in Alpibus Helveticis a 1200 hexap; in Caucaso a 1400 hexap.; in Alpibus Armeniae a 1500 hexap.; et in Alpibus Araraticis atque Persiae septemtrionalis a 1600 aut 1700 hexap.; desinit autem in altitudine a 1400 ad 2000 hexapodum. In hacce regione algida omnino propria etsi perpauca invenies insecta, ita, ut magna adhuc pars detegi possit. Inhabitant illam unica fere Coleoptera et quidem Carabicini uni alterive jugo et cacumini proprii, formae depressae e generibus *Platychrus*, *Feronia* (Omaseus, Pseudomaseus, Platysma), *Nebria*, *Calathus*, *Amara*, *Trechus* et *Tachys* (Oniscos, Crytopes, Julos et Helices alpinas venantes); porro *Philonthus*, *Lathrobium*, *Xantholinus*, *Hister*, *Helops*, *Elmis*, *Hydraena*, *Ochthebius*, *Meriones* et *Otiorrhynchus*. Vix invenies Lepidopteron neque ullum apparebit Orthopterorum Neuropterorum aut Hemipterorum vestigium. Notatu dignissimum mihi videtur, quod ibidem locorum cuncta fere Coleopterorum genera aptera sint, qua ratione facillime intelliges, hasce species late divagari non posse.

b. Regio alpina.

Descendit a regione nivali usque ad incipientem sylvam, a 1200 vel 1700 usque ad 900 vel 1300 orgyias gallicas. Excellit plantis innumeris alpinis pascua opima formantibus deguntque ibidem Coleoptera copiosa, Lepidoptera et Hemiptera, perpauca attamen Orthoptera et Neuroptera, deficiunt penitus Tettigoniae.

Praevalent *Coleopterorum* genera: *Carabus*, *Pristonychus*, *Agonum*, *Poecilus*, *Pterostichus*, *Harpalus*,

Leirus, *Bembidium*, *Colymbetes*, *Emus*, *Omalium*, *Tachyporus*, *Aleochara*, *Synaptus*, *Ludius*, *Hister*, *Byrrhus*, *Elmis*, *Hydraena*, *Sphaeridium*, *Cercyon*, *Onthophagus*, *Aphodius*, *Geotrupes*, *Hoplia*, *Apion*, *Cleonis*, *Botynoderes*, *Omias*, *Phytonomus*, *Sibinia*, *Campylirrhynchus*, *Gymnaetron*, *Leptura*, *Pachyta*, *Saperda*, *Donacia*, *Cassida*, *Galleruca*, *Haltica*, *Timarcha*, *Gastrophysa*, *Colaspis*; *Lepidopterorum*: *Parnassius*, *Colias*, *Satyrus*, *Polyommatus*, *Hesperia*, *Chelonia*, *Zygaena*; *Neuropterorum*: *Agrion*; *Hemipterorum*: *Cicadellae*, *Phytocoris*, *Capsus*, *Rhopalus*, *Cydnus*; *Orthopterorum*: *Forficula*, *Gomphocerus* et *Oedipoda*.

2. REGIO SYLVESTRIS.

Originem ducit a summo sylvarum termino et ad montium pedes descendit, ubi dumeta aut nemora cessant pascuaque expanduntur. Nihilominus tamen regio sylvestris etiam secundum fluvios profundius descendit. (A 900 vel 1300 usque ad 200 hexap.).

a. Regio sylvosa.

Limitum hujus regionis descriptione non opus est. Abundat haecce regio, si Melasomata et Orthoptera penitus excipias, omnibus fere insectorum ordinibus generibusque numerosissimis, praeprimis e *Coleopteris*: *Procerus*, *Procrustes*, *Carabus*, *Calosoma*, *Bolitobius*, *Bolitochara*, *Falagria*, *Lucanus*, *Rhynchites*, *Thylacites*, *Hylobius*, *Polydrusus*, *Phyllobius*, *Xylophaga brevi- et longi-cornia*, *Agathidium*, *Coccinella*; e *Lepidopteris*: *Argynnis*, *Vanessa*, *Sphinx*, *Syntomis*, *Bombyx*, *Geometra*, *Tortrix* et *Tinea*; ex *Hemipteris*: *Cicadellae*, *Rhynocoris*, *Pentatoma*, *Aradus*; e *Neuropteris*: *Agrion*, *Libellula*, *Aeschna*; ex *Orthopteris*: *Blatta*.

b. Regio dumetosa aut nemorosa.

Praevalent in hacce regione e *Coleopteris: Cicindela, Polistichus, Panagaeus, Callistus, Chlaenius, Licinus, Badister, Anchomenus, Brachinus, Emus, Oxytelus, Homalota, Sternoxi, Malacodermata, Teredíles, Clavicornes, Palpicornes, Sisyphus, Onthophagus, Aphodius, Geotrupes, Melolontha, Omaloplia, Hoplia, Amphicoma, Trichius, Cetonia, Anisotoma, Hypophloeus, Helops, Cistela, Lagria, Xylophilus, Mordella, Oedemera, Anthonomus, Orchestes, Ceutorrhynchus, Cionus, Cis, Triphyllus, Clytus, Saperda, Pachyta, Leptura, Lema, Adimonia, Galleruca, Luperus, Haltica, Chrysomela, Cryptocephalus, Clythra, Phalacrus, Coccinella et Pselaphus;* e *Lepidopteris: Nymphalis, Satyrus, Vanessa, Limenitis, Hesperia, Zygaena, Sesia, Lithosia, Noctua, Tinea;* ex *Orthopteris: Blatta, Heterogamia, Forficula, Xya, Mantis, Mantispa, Saga, Oedipoda, Decticus, Locusta; Hemiptera* immensa; ex *Homopteris Tettigonias* strepentes et cantantes audies; e *Neuropteris Myrmeleones* magnamque copiam *Hymenopterorum et Dipterorum* volitantium conspicies.

3. REGIO DEMISSA SEU ARVALIS.

Sub hacce regione intelligo campos aut submontosa, quae a dumetis sensim sensimque descendunt et aut paludes, aut prata irrigua vel herbida, aut vervacta i. e. regiones plaustro olim aratas iterumque horrescentes, aut segetes includunt. In *paludosis* praeprimis obviam tibi veniunt: *Chlaenius, Agonum, Bembidium, Donacia, Haemonia;* ex *Orthopteris: Truxalis*, innumeraque *Neuroptera* et *Diptera;* ex *Hemipteris: Salda.*

Prata aut pascua tibi offerunt varia, praeprimis *Onthophagos*, *Onitis*, *Oniticellus*, *Copris*, *Gymnopleurus*, *Coleoptera et Hemiptera anthophila* et copiosa *Orthoptera* praeprimis Locustas *migratorias et verrucivoras.* In *vervactis* omnia sensim sensimque cum plantis spontaneis redeuntia, quae prius huic regioni agresti propria fuerunt, reperies. In *segetibus* et *cerealibus Zabrus*, *Cratonychus*, *Anisoplia*, *Melolontha*, *Rhisotragus*, *Bruchus*, *Haltica* dominantur. Nec desunt periodice *Orthoptera* migratoria.

4. REGIO DESERTA.

Placuerit quoad nomen nequaquam entomologis regio haecce nisi propria et copiosa nutriret insectorum genera. Transcendit regio deserta vix 200 orgyias gallicas, magisque in terris australibus minusque inhabitatis et cultis quaerenda, quum in arcticis deserta (sic dicta Tundra) cum regione concidant alpina. Divido regionem desertam in *vepreculas* et *arida.*

a. Vepreculae.

(Jungle Anglorum) (Burian Rossorum) i. e. deserta aut fruticosis aut suffruticosis vel virgultis obtecta. *Plantae* vepreculas constituentes sunt: *Ephedra*, *Paliurus*, *Cotoneaster*, *Cytisus*, *Astragalus*, *Alhagi*, *Glycyrrhiza*, *Xanthium*, *Artemisia*, *Verbascum*, *Eremostachys*, *Peganum*. *Coleoptera* in vepreculis degunt:

Cymindis, *Dromius*, *Ditomus*, *Acupalpus*, *Stenolophus*, *Dinodes*, *Licinus*, *Dolichus*, *Stomis*, *Acinopus*, *Trechus*, *Falagria*, *Capnodis*, *Sphenoptera*, *Synaptus*, *Agrypnus*, *Cardiophorus*, *Isosoma*, *Dasytes*, *Tillus*, *Scydmaenus*, *Anthrenus*, *Oxyomus*, *Lethrus*, *Scarabaeus*, *Tanyproctus*, *Omaloplia*, *Cetonia*, *Tentyria*, *Gnathosia*, *Pedinus*, *Heliopates*, *Cistela*, *Steropes*, *Myodes*, *Melöe*,

Cercoma, *Mylabris*, *Lydus*, *Epicauta*, *Lytta*, *Zonitis*, *Anogcodes*, *Mycterus*, *Spermophagus*, *Psalidium*, *Plinthus*, *Pholicodes*, *Lixus*, *Larinus*, *Ambates*, *Ceutorrhynchus*, *Cionus*, *Chrysochus*, *Lema*, *Hygrothophila*, *Psychidium*, *Clypeaster*, *Chilocorus*, *Scymnus*, *Pselaphus*, *Claviger*. Desunt fere *Xylophaga*, *Chrysomelinae* et *Lepidoptera*, perrara *Hymenoptera* et *Diptera*. Attamen immensam reperies *Orthopterorum* cohortem: *Saga*, *Bradyporus*, *Phaneroptera*, *Conocephalus*, *Decticus*, *Calliptamus*, *Oedipoda*, *Eremobius*, *Heterogamia*, *Empusa*, *Mantis*, *Mantispa*. Ex *Homopteris* perplures species generis *Tettigonia* et *Tibicen*; ex *Hemipteris*: *Pachymerus*, *Phytocoris*, *Cydnus*, *Strachia*, *Scutellera*, *Capsus*, *Aelia*, *Halticus*, *Rhynarius*, *Ophthalmicus*, *Lygaeus*, *Dicranomerus*, *Arenocoris*, *Coreus*, *Miris*, *Eysarcoris*, *Pentatoma*, *Arctocoris*, *Bellocoris*, *Globocoris*, *Ventocoris*, *Nabis*, *Rhynocoris*, *Reduvius*, *Platynotus*, *Monanthia*, *Tingis*, *Serenthia*, *Apiomerus*, *Harpactor*, *Crinocerus*, *Cerbus*, *Peirates*, *Aradus*, *Centrocoris*. E *Neuropteris*: *Myrmeleon*, *Ascalaphus*.

b. Regio arida.

Insignitur haecce australis regio declivibus aut planitiebus vegetatione restricta atque jejuna indutis, soloque e dissolutione lapidum vulcanicorum, licet accedente humiditate fertili, arido et sicco.

In hacce deserti regione *plantulae* crescunt: *Helianthemum*, *Ceratocarpus*, *Paronychia*, *Gnaphalium*, *Arenaria*, *Hohenackeria*, *Valerianella*, *Onosma*, *Phyteuma*, *Schismus*, *Pterotheca*, *Thymus*, *Teucrium*, *Poa*, *Stipa*, *Aeluropus*, *Glaucium*, *Papaver*, *Gypsophila*, *Trinia*, *Dodartia*, *Cousinia*, *Asterothrix*, *Lasiospora*, *Dian-*

thus, *Cymbocarpum*, *Artemisia*. Degunt ibidem e *Coleopteris*: *Cicindela*, *Lithocharis*, *Ateuchus*, *Tanyproctus*, *Valgus*, *Pandarus*, *Opatrum*, *Leichenum*, *Microzoum*, *Mylabris*, *Cleonis*, *Lixus*, *Larinus*, *Baris*, *Stenopterus*, *Dorcadion*, *Hispa*, *Dibolia*, *Entomoscelis*, *Chilocorus*; ex *Orthopteris*: *Eremobius*, *Thrynchus*, *Tetrix* et *Nocarodes*; ex *Hemipteris*: *Phyllomorpha*. *Lepidoptera* et fere exceptis *Porphyrophoris* et *Mutillis*, *Hymenoptera* *Dipteraque* frustra quaesiveris.

5. REGIO MARITIMA.

a. Deserta salina.

Licet deserta salina mari nonnumquam procul altiusque jaceant: tamen secundum soli vegetationisque naturam maritimae sunt adnumeranda. Mox cognoscitur desertum salinum sale efflorescente, aquis stagnantibus salsis et plantis peculiaribus, quae planitiei tali habitum tribuunt alienum, ut *Trinia*, *Gypsophila*, *Salsola*, *Aeluropus*, *Nitraria*, *Anabasis*, *Halimocnemis*, *Schoberia*, *Lagonychium*, *Chenopodium*, *Halocnemum*, *Halostachys*, *Salicornia*, *Glinus*, *Tamarix*, *Statice*, *Zygophyllum*, *Harmala*, *Capparis*. Regio haecce nonnullis tantum *Coleopterorum* generibus conspicua, ut *Megacephala*, *Pogonus*, *Ditomus*, *Ophonus*, *Perotis*, *Anthicus*, *Dibolia*, *Tentyria*; alias insectorum classes vix conspexeris.

b. Regio m. littoralis.

Ad littora maritima *Heteromera* invenies *carnivora*, quae conchulas devorant ejectas et quidem genera: *Erodius*, *Pimelia*, *Trachyderma*, *Akis*, *Gnathosia*, *Scotobius*, *Scaurus*, *Tentyria*, *Tagenia*, *Blaps*, *Pedinus*, *Steropus*. Praetera: *Acinopus*, *Zabrus*, *Blethisa*, *Pogonus*,

Cephalotes, *Sphodrus*, *Scarites*, *Ditomus*, *Zuphium*, *Gyrinus*, *Coccinella*, *Certallum*, *Trogosita*, *Parandra*, *Trox*, *Ateuchus*, *Silpha*, *Hister*. Ex *Hemipteris: Galgulus*, *Ochterus*, *Hebrus*.

Conclusio.

Patet exinde, Caucasum praeprimis autem Transcaucasiam Lepidopteris, Hymenopteris et Dipteris non abundare, Coleopteris, Hemipteris atque Orthopteris praedivitem esse. Mirum hocce phaenomenon derivari potest partim a climate exaestuante, quo fit, ut initio Junii plantae flaccescant ideoque nonnisi tempore vernali et hyemali insecta vitam degant brevissimam, partim a numerosis lacertis et serpentibus, Rosoribus insectivoris et immensa copia avium migratoriarum hyeme gregatim advolitantium, quae non parum ad delendas erucas, larvas et chrysalides conferunt. Nidulantur praetera in Transcaucasia Hirundines, Meropes, Motacillae et Muscicapae bis et quidem initiante Majo et exeunte Junio, quae avide ad pullos enutriendos omnia insecta molli corpusculo praedita capiunt. Notatu praeterea dignum mihi videtur, quod tantum Coleoptera et Orthoptera contra solis ardorem sese tueri queant larvis sub terra degentibus.

Patet quoque, Caucasum Florae Faunaeque Europeae ex parte tantum neutiquam strictos, ut nonnulli putarunt, ponere limites. Conspicit enim quilibet attento praeditus animo plantas et animalia adhuc europaea multaque autem jam asiatica ita, ut inter Caucasum et montes Araraticos alpesque Ghilanicas Floram Faunamque declarem sub-asiaticam; quum retro Araratum et alpes Ghilanicas penitus asiatica nobis jam appareat Fauna.

CARABICINI.

CICINDELA. Linné.

1. *Desertorum.* Boeber. Fischer. Ent. III. 18. — Dejean. S. g. I. 62. 44. — Ménétries. C. r. 94. 287. Faldermann. F. III. 40.

Sicut C. campestris vulgatissima in Ciscaucasia, ita etiam haecce Cicindelarum species tempore vernali in campis Transcaucasiae a me observata.

2. *Germanica.* Linn. S. N. I. II. 657. 4. — Fabr. S. e. I. 237. 29. — Schönherr. S. I. 242. 30. — Dft. II. 288. 6. — Dej. S. g. I. 138. 118. Jc. I. 49. 34. pl. 6. f. 2. — Strm. VII. 106. 3. — Boisd. I. 143. 4. — Fisch. E. III. 47. — Fald. F. III. 42. — Erichs. I. 3. 4. — *Obscura.* Fabr. S. E. I. 238. 30. — *Coerulea.* Hbst. X. 182. 28. t. 172. f. 4. — *Anthracina.* Klug. Jahrb. d. Ins. I. 28. 161.

Communis in Caucaso praecipue orientali mense Aprili et Majo.

POLISTICHUS. Bonelli.

3. *Fasciolatus.* Fabr. S. e. I. 216. 9. — Olivier. III. 35. p. 95. 130. t. 13. f. 155. — *Vittatus.* Brullé. H. n. IV. 178. — *Discoideus.* Stéven. Latreille et Dej. Jc. t. II. 125. 2. pl. 10. fig. 5. Gen. I. 198. 2. — Schönherr. S. I. 229. 9. — Dej. S. g. I. 196. — Fisch. E. I. 133. 2. t. 12. f. 2. —

E. III. 66. — Silbermann. Rev. Ent. II. 102. — *Fasciolatus*. Rossi. F. E. I. 223. pl. 2. f. 18.

P. Discoideus. Stévén. nil nisi varietas memoratu digna, colore thoracis profundius bruneo, sutura elytrorum brunea interrupta. —

Insectum nocturnum candelae advolitat, talique modo pluries a me in Somchetia mense Augusto captum.

CYMINDIS. Latreille.

4. *Dorsalis*. Fischer. E. III. 71. — Dej. S. g. I. 206. 5. — *Anomaeus dorsalis*. Fischer. E. I. 127. t. 12. f. 1. — Ménétr. 98. 304. — Fald. F. III. 43.

Sub lapidibus tumuli Ach-thepe prope Elisabethopolin Transcaucasiae. —

DROMIUS. Bonelli.

5. *Linearis*. Olivier. III. 38. 14. 156. t. 14. f. 167. Gyllh. II. 187. 8. — Olivier III. 35. 111. 156. t. 14. f. 167. — Schönh. S. I. 218. 276. — Dej. S. g. II. 233. 1. Jc. I. 107. 2. pl. 11. f. 4. — Boisd. et Lacord. I. 151. 1. — Ménétr. C. r. 97. 298. — Fald. III. 44. — Babington. Transact of soc. Ent. Lond. I. II. 88. 12. —. Erichs I. 29. I. — *Punctatostriatus*. Dft. II. 258. 27. — *Odacantha praeusta*. Stévén. Act. Mosc. II. 34. 4.

Sub lapidibus ad fluviorum Transcaucasiae ripas mense Aprili et Majo.

6. *Bifasciatus*. Perroud. Dej. S. g. I. 237. 5.
In provincia Karabagh.

7. *Glabratus*. Dft. II. 248. 16. — Dej. S. g. I. 244. 13. — Fisch. E. III. 92. 9. t. 4. f. 8.

Frequens sub lapidibus in toto Caucaso tempore aestivo. —

8. *Corticalis*. Dufour. Ann. de sc. phys. VI 18ᵉ cahier. 322. 10. — *Plagiatus*. Dft. II. 249. 18. — Dej. S. I. 245 et Jcon. I. pl. 13. f. 2. — Silbermann. Rev. E. II. 106.

Rarior sub foliis decidis nemorum provinciae Karabagh Transcaucasiae, vere et auctumno.

9. *Pallipes*. Ziegler. Dej. S. I. 246. 15. —

Frequens vere et auctumno in ripa amnium Armeniae.

10. *Quadrillum*. Dft. II. 246. 12. — Dej. S. I. 249. 19. — Jcon pl. 13. fig. 7. — Brullé Exp. Moreae T. III. pars I. 115. n. 103.

Varietas a me observata macula tantum elytrorum superiori visibili, inferiori fere evanida.

Sub foliis decidis in sic dictis vepreculis (ab Anglis *Jungle* nominatis) territorii Karabagh vere atque auctumno. —

LEBIA. Latreille.

11. *Cyanocephala*. Fabr. I. 200. 167. — Lin. F. S. 794. — Steph. Ill. Brit. Ent. I. 29. pl. 11. f. 1. — Schönh. S. 208. 227. — Panzer. Faun. Germ. fasc. 75. 5. — Latreille. G. J. I. 191. 1. — Gyllh. II. 179. 1. — Dft. II. 243. 8. — Strm. VII. 21. 1. — Oliv. III. 35. 92. 125. t. 3. f. 24. — Geoffr. I. 149. 16. — Dej. S. g. I. 256. Jc. I. 134. 2. t. 14. f. 6. — Boisd. I. 156. 1. — Fisch. E. III. 98. t. 3. f. 5. — Ménétr. C. R. 97. 299. — Fald. III. 45. — Erichs. I. 34. 1.

In locis humidis Transcaucasiae totiusque Caucasi vere et aestate.

BRACHINUS. Weber.

12. *Crepitans.* Fabr. S. E. I. 219. 12. Lin. F. S. 792. Schönh. I. 230. 12. — Latr. I. 189. 3. — Gyllh. II. 176. 1. — Dft. II. 233. 2. — Oliv. III. 35. 64. 80. t. 4. f. 35. — Strm. VII. 79. 1. t. 176. Steph. I. 34. t. 11. f. 6. — Dej. S. g. I. 318. — Jconogr. I. 161. 4. pl. 17. f. a. — I. 105. pl. 2 f. 6. — Boisd. et Lacord. I. 159. 1. — Fisch. E. III. 104. t. 2. f. 1. — Ménétr. C. r. 100. 313. — Fald. III. 46. — Silbermann. Rev. E. II. 110. — Erichs. I. 26. 1.

13. *Crepitans* var: *β. suturalis.* Kolenati. Elytrorum sutura obscure ferruginea.

14. *Crepitans* var: *γ. ejaculans.* Fisch. Ent. III. 105. t. II. f. 2. elytris cyaneis.

15. *Crepitans.* var: *δ. scoteinus.* Kolenati. var. *c.* Ménétr. C. r. 100. 314.

Antennarum articulo tertio quartoque infuscato.

16. *Crepitans.* var: *ε. nigricornis.* Gebler. Ins. Sibir. Ledebour. itin. III. 29. — Brullé Exp. de Morée T. III. Pars I. p. 115 pl. 33. f. 3.

Antennis extrorsum integris infuscatis aut nigrescentibus. —

Ubicumque vere et auctumno gregatim cum sequenti sub lapidibus totius Caucasi et Transcaucasiae.

17. *Explodens.* Dft. II. 234. 3. — Strm. VII. 81. 2. t. 177. a. A. — Dej. S. g. I. 320. 31. — Jc. I

164. 7. pl. 17. f. 7. — Dej. Iconogr. II. 107. pl. 8. f. 7. — Ménétr. 101. 316. — Fald. III. 46. — Boisd. et Lacord. I. 159. 2. — Erichs. I. 27. 2.

18. *Explodens* var: *β. obscuricornis.* Godet. Antennis infuscatis.

19. *Explodens* var: *γ. strepens.* Fisch. E. III. 106. T. II. f. 4. *ventralis* Kollar. elytris laevioribus. —

Communis praecipue var: *γ.* Transcaucasiae.

SCARITES. Fabr.

20. *Eurytus.* Fisch. E. III. 119. t. V. f. 3. — Dej. Cat. 3. ed. p. 17. — *Bucerdo.* Ménétr. C. r. 102.

Insectum nocturnum prope urbem Elisabethopolin a me pluries captum ignibus advolitans.

Tempus diurnum transigit sub trabibus putrescentibus.

Maximus hicce inter Rossicos Scarites jam ab Adamsio in Caucaso circa Na-Ur et Ménétries prope Lenkoran observatus. —

21. *Laevigatus.* Fabr. I. 124. 9. — Schönh. I. 127. 11. — Brullé Exp. Moreae III. p. 116. n. 106. — *Arenarius.* Bonelli. Obs. ent. II. 40. 15. Dej. S. g. I. 396. — Ménétr. C. r. 103. 325. — Fald. III. 48. — *Planus.* ♀. ? Bon. Dej. S. g. I. 413. — Ménétr. C. r. 103. 326. — *Sabulosus.* Ol. III. 36. p. 11. 12. t. 1. f. 6. — *Volgensis.* Stéven. Fisch. Ent. II. 31. 2. t. XXVI. f. 3. — E. III. 122. 4.

Vulgaris sub lapidibus ad amnes Transcaucasiae et ad Tanain.

CLIVINA. Latreille.

22. *Fossor.* Linné. S. n. II. 675. 7. — Dft. II. 5. 1.

— Gyll. II. 169. 2. — Illiger K. Pr. III. 2. — *Arenaria*. Fabr. S. e. I. 125. 15. — Oliv. III. 36. p. 13. n. 16. t. 1. f. 6. — Schönh. S. 7. I. 128. 18. — Strm. II. 188. 2. — Latr. G. J. I. 211. 1. t. 7. f. 10. — Dej. S. g. I. 413. 1. Ic. I. 215. 1. pl. 23. f. 1. — Fisch. E. II. 208. t. 26. f. 6. 7. — E. III. 216. — Ménétr. C. r. 103. 327. — Boisd. I. 161. 1. — Fald. III. 48. — Brullé Exp. Moreae III. p. 116. 107. — Erichs. I. 35. 1.

23. *Fossor* var: *sanguinea*. Leach. tota ferruginea, thorax utrinque nonnumquam obscure nonnumquam distincte impressus, ita, ut speciem Cl. *Ypsilon*. Godeti potius varietatem sanguineae declarare audeam. —

In ripa amnium Transcaucasiae.

DISCHYRIUS. Bonelli.

24. *Aeneus*. Ziegler. Dej. S. g. I. 423. 12. — Ic. I. 221. 7. pl. 24. f. 1. — Boisd. et Lacord. I. 162. 4. — Erichs. I. 39. 5. — *Paludosus*. Ahrens. Thon. Arch. II. 2. 59. 3. *Ahenus*. Ahrens. Thon. Arch. II. 2. 60. 6. — *Aereus*. Ahrens. Thon. Arch. II. 2. 60. 7. — *Gibbus*. Ahrens. Thon. Arch. II. 2. 61. 2.

var: *Stethogramme*. Kolenati. (a ςεθος pectus et γϱαμμη linea.

Varietas constans, supra aenea, tibiis anticis apice bispinosis, extrorsum bidenticulatis, thorace subgloboso, postice coarctato, linea longitudinali thoracis profunda; elytris profunde striato-punctatis, antennis in basi rufis, ad apicem rufo-piceis; pedibus rufo-piceis; palpis maxillaribus et mandibulis rufis, palpis labialibus in basi rufis, ad apicem infuscatis, labro rufo-piceo. —

Non infrequens in ripa fluviorum Armeniae.

25. *Ruficollis.* Kolenati. *Tab.* I. *f.* 1. *a. b.*

Supra bicolor, thorace globoso, valde convexo, elytris profunde striato-punctatis.

Long. $1^1/_3$ lin. paris.

Long. thor: $^2/_5$ lin. — long. elytr: $^4/_5$ lin. — long. cap. $^1/_5$ lin.

Lat. thor: $^2/_5$ lin. — lat. elytr: $^2/_5$ lin. — lat: cap. $^1/_5$ lin.

Magnitudo et statura fere *D. gibbi*, ast paulo major et latior. Caput porrectum, latum, piceum; fronte utrinque profunde longitudinaliter impressa; mandibulis, labro, palpisque ferrugineis; oculis valde prominulis, nigris; antennis ad dimidium ferrugineis, versus apicem infuscatis. Tibiis anticis apice bispinosis, extrorsum bidentatis; pedibus rufis. Thorax globosus, valde convexus, ferrugineus nitidus, in anteriori et posteriori margine piceus, subtilissima linea longitudinali instructus, quae in disco postico profundior et latior fit. Elytra obscure-aenea, ovata, subglobosa, profunde striato-punctata, striis apice obsolete coalescentibus. —

Simillima haecce Species *D: rotundicolli.* Falderm. Coleoptrorum ab illustrissimo Bunge e Mongolia missorum 1835. p. 15. n. 3. — Ast in *D. rotundicolli* contraria coloris proportio, thorax enim obscure-aeneus et elytra fusco-nitida. Thorax praeterea non tam valde convexus et globosus ut in specie nostra.

A *D. ferrugineo* Megerlei e Styria differt primo jam intuitu, nam *D. ferrugineus* totus est ferrugineus, multo gracilior et minor, elytris obsolete striato-punctatis. —

Formosam hancce speciem in ripa arenosa fluvii Kjurak-tschai e montibus prorumpentis, prope pagum Tschai-kent, districtus Airum, Transcaucasiae, mense Junio, bis tantum cepi. —

(Mus. Academiae scientiarum Petropolitanae).
(Mus. Doctoris Kolenati). —

DITOMUS. Bonelli.

26. *Calydonius.* Fabr. S. E. I. 188. 97. — Schönh. S. J. I. 192. 132. — Rossi. F. E. I. 288. 571. t. 8. f. 9. — Oliv. III. 36. p. 10. n. 10. t. 2. f. 12. — Dej. S. g. I. 439. 1. — Fisch. E. III. 130. t. 13. f. 1. 2. — Fald. III. 48.

Insidens ad vesperas plantis salinis in desertis Transcaucasiae mense Junio reperitur.

27. *Obscurus.* Stévén. Dej. S. g. I. 445. 8. — *Aristus obscurus.* Fisch. E. III. 1. 132. tab. 5. f. 6. — Ménétr. C. r. 103. 328. — Fald. III. 48. — Brullé Exp. Moreae. T. III. P. I. p. 116. n. 110. tab. 34. f. 1.

Cum praecedenti. Memoratu dignum, quod a D°. Stévén, Ménétries et me masculus numquam captus proinde adhuc ignotus sit.

PROCERUS. Megerle.

28. *Caucasicus.* Adams. Prod. Faun. Ins. Cauc. ined. n. 1. Descr. nov. J. in act. Mosq. 1817. V. p. 282. n.

6. t. 10. f. 3. 6. — Dej. S. g. II. 25. 4. — Ménétr. C. r. 104. 333. — Fald. Faun. III. 49. — *Carabus scabrosus.* Fisch. E. I. 13. 1. t. 2. f. c. e. — III. 146. 2. t. 7. f. 4.

Variat e colore viridi-cyaneo in violaceum.

Habitat in sylvis promontorii Caucasi septemtrionalis circa thermas Pjatygorsk praecipue in monte Besch-Tau. Limaces praecipue venatur. Incolae oppidi Pjatygorsk eum sub domorum tectis superstitiose conservant vim incendii amovendi adscribentes. Quapropter avide capitur et pedetentim rarior evadit. —

PLATYCHRUS. Kolenati.

Adamsio jam novum genus constituere videbatur.

Clarissimus Fischer de Waldheim sub nomine *Harpali* Adamsii in Mem. de la Soc. Imp. des Nat. de Moscou 1817. T. V. p. 463. tab. XIV. f. 1. 2. 3. depictum ob formam peculiarem Carabum huncce alio generi adjunxit, cui nomen *Tribax* (a τϱιβαξ tritus, τϱιβω tero) tribuit. Attamen propter formam potius depressam sive plagioplateam nomen minus quadrat. Hinc *Platychrum* (a πλατυς planus et χϱώς corpus) nominare ausus sum.

Character: *Habitus procerus, depressus. Caput nimis protractum; mentum dente medio acutissimo, depresso lobis lateralibus breviore, mandibulae longitudine capitis cum collo, depressae, subforcipatae, in superficie sulcatae, acutissimae, dentibus duobus aequalibus armatae; paraglossis coriaceis ei contiguis eaque bre-*

vioribus, ligula prolongata, valde acuminata; labrum apice semilunariter profunde emarginatum. Palpi mandibulis multo longiores articulo ultimo sat securiformi; antennae longitudine supra dimidium corporis. Thorax valde angustatus subcordatus aut quadratus, capite cum mandibulis brevior. Scutellum magnum semilunare. Elytra connata, aptera, plana. Pedes valde elongati, graciles, — Tarsi antici maris articulis tribus primis dilatatis subtus spongiosis.

Huic generi distincto sequentes Carabicorum species adnumerandae:

Platychrus Riedelii. Ménétr.
» *Creutzeri.* Fabr.
» *Depressus.* Bon.
» *Bonellii.* Stévén.
» *Fabricii.* Meg.
» *Hereii.* Germ.
» *Regularis.* Stévén.
» *Stévénii.* Ménétr *).
» *Osseticus.* Adams.
» *Biebersteinii.* Ménétr. Et.

29. *Puschkini.* Adams. Prodr. Faun. Ins. Cauc. ined. n. 2. — Adams. Descr. Ins. nov. Imp. Ross. in act. Mosq. 1817. T. V. p. 292. — *Harpalus Adamsii.* Fisch. Adversaria zoologica. Insect. fasc. II. in Act. Mosq. 1817. Tom. V. p. 463. tab. XIV. fig. 1. 2. 3.

---

*) Cat. rais. p. 111. n. 355. prius Carabus Mussini. Boeber Germ Col. Sp. p. 7.

— *Carabus Puschkini.* Adams. Fisch. Ent. I. 15. 2. t. 3. f. 2. a. b. c. — III. 227. 98.

Depressus, nigro-aeneus aut aeneo-violoceus, nitidus, thorace subquadrato, elytris planis costatis punctisque oblongis elevatis quintuplici serie.

Vide: T. I. f. 2. a. b. c.

Masculi longitudo 10 lin. paris.

Long: Capitis cum forcipe $3^1/_2$ lin. — absque forcipe 2 lin.

Long: Thoracis 2 lin. — Elytrorum $6^3/_4$ lin.

Latit: Capitis cum oculis $1^3/_4$ lin. Thoracis $2^2/_3$ lin. Elytrorum $4^1/_4$ lin.

Feminae longitudo 15 lin.

Long: capitis c. forcipe $4^2/_3$ lin, absque forcipe 3 lin.

Long: Thoracis $2^2/_3$ lin. Elytrorum $8^1/_4$ lin.

Latit: Capitis c. oculis $2^1/_4$ lin. Thoracis 3 lin. Elytrorum $5^2/_3$ lin.

Caput nigrum nitidum collo angustiore rugulis transversalibus tenuissimis; oculi parvi; palpi nigri apicibus compressis rufescentibus; antennarum articulus primus ruber, articuli tres sequentes nigri nitidi, reliqui rufescenti-pilosi. Crura rubra incrassata basi apiceque nigra, tibiae nigrae. Thorax subquadratus fere cordatus, tenue marginatus, antice parum excisus, postice truncatus, nigro-nitidus, laevissimus, sub lente striis transversalibus crebrioribus notatus, linea media longitudinali conspicua. Scutellum nigro-nitidum puncto apice et duobus lateralibus profundioribus. Elytra summe deplanata

postice dilatata, obovata, duobus sulcis laevibus angustioribus suturae proximis, quinque latioribus, punctis oblongis elevatis. Margo elytrorum apexque reticulato - venosus profunde ac inordinate impressus.

Femina magnitudine mox cognoscenda et praeterea punctis .elytrorum oblongis pone scutellum rarioribus. —

Insectum hocce perrarum oblivioni post Adamsium fere traditum in museo tantum Comitis de Mannerheim et Mosquae vidi *).

Octodecim exemplaria in summis Caucasi Alpibus ad nives liquescentes collegi et quidem in monte Kasbek altit: 1490 hexapodum mense Augusto et

---

*) Ds. Motschulsky in Animadversariis suis entomologicis in Bull. de la Soc. Imp. des Nat. de Moscou 1845. I. p. 16. n. 35. — *Carabum Puschkini* Ad. cum *Carabo Adamsii* Fischer et *Carabum Adamsii* Boeber cum *Carabo Iberico* Fischer identicum false declaravit. —

Carabus Puschkini Adams. est *Harpalus Puschkini.* Fischer; *Carabus Adamsii* Fischer nobis non existit.

Carabus Adamsii Boeber. Prodrom. Faun. J. Cauc. ined. n. 11. Act. Mosq. T. V. 1815. p. 288. N. 10. differt a *Carabo Adamsii* Boeber. Fisch. Ent. III. p. 180. n. 38. —

Carabus Adamsii Stévén. Cat. Mus. univ. Mosq. 1829. Pars II. p. 11. n. 3. convenire videtur cum *Carabo Adamsii* Boeber. Fisch. Ent. III. p. 180. n. 38. —

Carabus ibericus Fisch differt valde a *Carabo Adamsii* Boeber, neque generi *Platychrus* accomodari potest. —

Carabus Biebersteinii Ménétries, ut Ds. Motschulsky jure animadvertit, species est constans, proxima quidem nostro, antennis autem et pedibus nigris sat distincta. —

Dr. Kolenati.

in monte Ssarijal provinciae Elisabethopoleos. Degit sub tantis saxorum acervis, ut unicus homo vix lapides vertere valeat.

(Museum Acad. Sc. Petropolitanae, Comitis de Mannerheim et D^ris^. Kolenati).

CARABUS. Linné.

30. *Exaratus*. Stévén. Adams. Act. Mosqu. V. 300. 19. — Schönh. S. J. I. 173. 36. t. 3. f. 3. — Dej. S. g. II. 123. 70. — Fisch. E. I. 94. 17. t. 8. f. 17. — III. 196. 56. — Ménétr. C. r. 107. 342. — Fald. III. 52.

Semel tantum a me in Circassia ad fluvii Urup originem captus, perfequens autem in jugis Caucasi septemtrionalibus ad ripas fluvii Terek versus ejus originem in monte Kasbek.

31. *Cribratus*. Boeber. Fisch. E. I. 92. 15. — Schönh. S. J. I. 171. 18. — Gmr. F. Europ. VI. t. 3. — Fischer. E. III. 205. — Dej. S. g. II. 139. 83. — *C. Cribellatus* Adams. Fisch. I. t. 8. f. 13. 14. — *C. foveolatus*. Adams. Act. Mosq. V. T. 16. f. A. 1. A. 2.

In summis alpibus Armeniae a me pluries captus, praecipue in monte Kaepes- et Muroff-Dagh provinciae Karabagh, mense Junio.

(Mus. Acad. Petropolitanae et D^ris^. Kolenati).

32. *Hollbergii*. Mannerheim. — Hummel. Ess. Ent. N: VI. p. 24. — Act. Mosq. 1835. T. IV. tab. 2. f. 3. — Fischer. Analect. ad. F. Ross. in Act. Mosq. 1832. T. IV. pag. 435. — Ménétr. C. r. 106. 339. — Fald. Faun. Ent. Transcauc. I. in Act. Mosq. IV. t. 2. f. 3.

Oblongo ovatus, thorace rugoso, elytris profunde interrupte crenato-striatis, punctisque impressis triplici serie.

♂. *C. Eichwaldi.* Fischer. Ent. III. p. 178. N. 37. Tab. 7. f. 4.

Long: 9 - $9^1/_2$ lin.

Long: capitis. $1^3/_4$ lin. — thorac. 2 lin. — elytror. $5^1/_3$ lin.

Lat: capitis $1^1/_2$ lin. — thor. $2^1/_2$ lin. — elytror. 3 lin.

Forma angustior, elytris magis interrupte crenato-striatis, supra nigro-viridi-aeneus aut cupreus, rarius violaceus. —

Vide T. I. *f.* 3. *a.*

♀. *C. Chiragricus.* Fischer. Ent. III. p. 181. t. 7. f. 5.

Long: $9^1/_2$ — 10 lin.

Long: Cap. $1^1/_2$, thor. 2, elytror. $6^1/_4$ lin.

Lat: Cap. $1^1/_4$, thor. $2^3/_4$, elytror. $3^3/_4$ lin.

Forma latior, elytris pone medium nonnihil dilatatis, minus profunde paululumque interrupte crenato-striatis, supra aeneo-violaceus aut cyaneus.

Vide T. I. *f.* 3. *b. c.*

Comparandus est *Carabus Hollbergii* cum *Carabo Parreysii* Kollar, *variante* Stévén et *Bohemanni* Mannerh. Differt a *C. Parreysii* thorace rugoso, elytrisque interrupte crenato-striatis; a *C. variante* difficilior distinctu. Thorax in *C. variante* rugosus, cordatus; elytra elevato-lineata, lineis subinterruptis; thorax in C. *Hollbergii* rugosus, subcordatus,

elytra profunde interrupte crenato-striata. Differt *C. Hollbergii* a *Carabo Bohemanni* angulis thoracis posticis nec tam prominulis neque acutis et elytris numquam ut in *C. Bohemanni* aequaliter lineatis. —

Formosa haecce species habitat in promontoriis Alpium Armeniae, praecipue in monte Gaendscha-Dagh et Ssarijal non infrequens mense Aprili et Majo. —

(Mus. Academiae Petropolitanae, Comitis de Mannerheim et D^ris^. Kolenati). —

33. *Motschulskyi.* Kolenati.

Carabus Victor. Fischer in Bull. de la Soc. Imp. des Naturalist. de Moscou. T. IX. 1836. p. 350. Tab. 5. f. 2.

Species nomen accepit a D^o^. Fischer in honorem Domini Victor, qui plura entomologica publicavit. Constat, auctorem Victor dominum Motschoulsky fuisse, pui sub pronomine (indirecte pseudonyme) scripsit. Quapropter in honorem hujus Rossici Entomologi nomen commutavi. —

Ater; thorace elongato-quadrato; elytris obovatis, rugosis, fossulis subquadratis impressis triplici serie. —

Vide T. I. *f.* 4. *a. b.*

Long. 10. lin.

Long: cap. $1^1/_2$, thor. $1^3/_4$, elytr. $5^3/_4$ lin.

Lat: cap. $1^1/_2$, thor. $2^3/_4$, elytr. $3^3/_4$ lin.

Caput rugosum, antice late impressum, clypeo antico dilatato, paululum exciso, inde quasi biramoso.

Thorax marginibus reflexis, porulosus, atro-pur-

pureus. Elytra obovata, modice convexa medio dilatata, sutura linea impressa; punctulato-rugosa, punctis subquadratis impressis triplici serie. —

Spectat inter *C. Wiedemanni* Fald. et *Mannerheimii* Fischer. Differt a *C. Mannerheimii* accurato intuitu. *Carabus* enim *Mannerheimii* punctis elytrorum elevatis in strias regulariter distributis ornatur; nostrae speciei elytra punctulato-rugosa tantum apparent. *C. Wiedemanni* thorace lato subquadrato, elytris punctis elevatis asperatis vix in strias dispositis instructus. —

Degit Transcaucasiae prope Achalzich et urbem Tiflis. —

(Mus. Academiae scient. Petropolitanae).
(Mus. Doctoris Kolenati). —

34. *Calleyi*. Fisch. Ent. II. 96. t. 34. f. 2. III. 210. 72. — Ménétr. C. r. 109. 348. — Fald. III. 53. — var. B. *C. prasinus*. Ménétr. C. r. 108. 347.

In summis alpibus Armeniae mense Majo et Junio.

(Mus. Acad. Sc. Petropolitanae et D[ris]. Kolenati)

35. *Maurus*. Adams. (*Calosoma*). Prodr. Faun. Ins. Cauc. ined. n. 22. — Act. Mosq. T. V. p. 281. n. 5. — Thon. Archiv. Ent. 2. p. 18. t. 2. f. 13. B. — Dej. S. g. II. 59. 19. — Fisch. E. I. 24. 6. t. 4. f. 6. III. 164. 16. — Fald. F. III. 50.

In pratis herbidis promontorii Araratici Armeniae diu Colosomatis instar mense praecipue Junio vagatur. Praecipue frequens prope pagum Tchaikent ad fluvium Kjuraktschai districtus Airum. —

(Mus. Acad. Petropolitanae, D[ris]. Kolenati comitisque Mannerheim).

CALOSOMA. Weber.

36. *Clathratum.* Kolenati,

Nigro-piceum, supra nigro-violaceum; thorace brevi; elytris subdepressis, clathratis.

Vide T. I. f. 5. a. b.

Long: 7 lin.

Long: capitis. 2 lin. — thorac. $1^1/_3$ lin. — elytror. 5 lin.

Lat: capitis $1^1/_2$ lin. — thor. $2^1/_4$ lin. — elytror. $3^3/_4$ lin.

Habitu *C. Inquisitoris* Fabricii, multo autem minus, tenuius et subdepressum. Caput nigro-violaceum, punctatum, fronte utrinque modice longitudinaliter impressa; antennis totis piceis disperse-pilosis; thorax brevis, punctatus in medio linea longitudinali impressus, postice utrinque foveolatus. Elytra profunde striata, striis regulariter transverse interruptis, profunde clathrata, ita, ut rete nobis appareat interstitiis quadratis valde elevatis cancellorum instar. Abdomen nigro-piceum, pro- meso- et meta-thorax obscure nigro-cyaneus. —

Differt a *C. Inquisitore* colore, minori statura, abdomine nigro-nitido, thorace multo angustiori, elythris magis deplanatis, clathratis. —

Speciem hancce in sylva montis Ssarijal territorii Elisabethopoleos detexi. Insidiatur eruculis tortricum et geometrarum sylvam devastantium. —

(Specimen adhuc unicum in Mus. Academiae Petropolitanae conservatur).

37. *Inquisitor.* Fabr. S. E. I. 212. 7. — Lin. F. S. n. 789. — Schönh. S. J. I. 227. 7. — Gyllh. II.

50. 2. — Dft. II. 13. 2. — Strm. III. 129. 3. — Oliv. III. 35. p. 40. n. 40. t. 1. f. 3. — Geoffr. I. 145. 6. — Boisd. I. 176. 2. — Fisch. E. III. 237. 2. — Dej. S. g. II. 194. 3. — Iconogr. II. 49. 2. pl. 70. f. 3. — Ménétr. C. 112. 359. — Fald. F. III. 56. — Erichs. I. 18. 2.

var. *cupreum*. Dej. Fisch. Ent. III. t. 8. f. 1.

In sylvis montium Transcaucasiae frequens.

38. *Sycophanta*. Fab. S. E. I. 212. 5. — Lin. F. S. n. 790. — Schönh. S. J. I. 227. 6. — Gyllh. II. 42. 1. — Dft. II. 13. 1. — Strm. III. 125. 1. t. 66. f. a. — Dej. S. g. II. 193. 2. — Jc. II. 48. 1. pl. 70. f. 2. — Ol. E. III. 35. 42. n. 43. t. 3. f. 31. — Kirby and Spence. Pl. I. f. 1. — Boisd. I. 176. 1. — Fisch. Ent. III. 237. 1. t. 8. f. 3. — Brullé III. 126. 155. — Erichs. I. 18. 1.

Frequens in Caucaso, rarum Transcaucasiae.

39. *Auropunctatum*. Paykull. I. 129. 42.

Indagator. Gyllh. II. 5. 2. 4. — Strm. III. 132. 5.

Sericeum. Illig. I. 142. 4. — Dej. S. g. II. 203. 10.

Hoeftii. Fald. Dej. Cat. p. 24.

Pluries a me in Salicum truncis ad amnes Transcaucasiae mense Junio et Julio captum. —

NEBRIA. Latreille.

40. *Intricata*. Stéven. Fisch. E. III. 246. 4. t. 9. f. 2. — Dej. S. g. II. 254. 33. — Fald. F. III. 56.

In monte Kasbek Caucasi nec non alpibus Armeniae.

41. *Caucasica*. Ménétries. C. r. 112. 361. — Dej.

Cat. p. 26. — Fald. Faun. III. 56. I. 34. 27. t. 3. f. 2.

In monte Kasbek Caucasi mense Augusto. —

OMOPHRON. Latreille.

42. *Limbatum.* Fabr. S. E. I. 247. 2. — Oliv. Encyc. VIII. 486. 2. — Schönh. S. I. 249. 2. — Latr. G. C. et J. I. 225. 1. t. 7. f. 7. — Dft. II. 294. 1. — Gyllh. IV. 419. 1. — Oliv. III. 35. 89. 122. t. 4. f. 43. — Dej. S. g. II. 258. 1. — Jc. II. 113. 1. pl. 83. f. 2. — Strm. VII. 151. 1. t. 184. — Boisd. I. 181. 1. — Fisch. E. III. 256. t. 12. f. 2. — Ménétr. C. r. 113. 363. — Falderm. F. III. 57. — Erichs. I. 8. 1.

In ripa fluminis Cyri Transcaucasiae.

PANAGAEUS. Latreille.

43. *Crux major.* Fabr. S. E. I. 202. 176. — Lin. F. S. 808. — Schönh. S. J. I. 209. 238. — Strm. III. 170. 1. t. 73. f. a. A. — Dft. II. 46. 40.

P. Crux. Gyllh. II. 78. 1.

P. bipustulatus. Oliv. III. 35. 103. 143. t. 8. f. 95. — Latr. G. Cr. et. J. I. 220. 1. — Geoffr. I. 150. 17. — Dej. S. g. II. 286. 3. — Jconog. II. 148. 1. pl. 88. f. 2. — Boisd. et Lacord. I. 187. 1. — Fisch. Ent. III. 273. 1. t. 10. f. 4. — Ménétr. C. r. 113. 365. — Fald. F. III. 57. — Erichs. I. 20. c.

var. *trimaculatus.* Dej. S. g. II. 288. 5. — Jc. II. 151. 3. pl. 88. f. 4.

In locis humidis arenosis prope Elisabethopolin Transcaucasiae.

CALLISTUS. Bonelli.

44. *Lunatus*. Fab. S. E. I. 205. 194. — Oliv. III. 35. 104. n. 145. t. 3. f. 27. — Schönh. S. J. I. p. 214. 263. — Dft. II. 170. 227. — Strm. V. 176. 7. — *C. plateosus*. Fourcroy. E. Par. 53. 47. — Dej. S. g. II. 296. 1. — Fisch. E. 27. 6. t, 10. f. 10.

Var: *graciosus*. Mannerheim. Differt haecce varietas a normali maculis tantum elytrorum apicalibus minoribus et aequaliter ovatis. —

Hancce varietatem Comes de Mannerheim ex Asterabad accepit, ego in territorio Elisabethopoleos acquisivi. —

CHLAENIUS. Bonelli.

45. *Festivus*. Fabr. S. E. I. 184. 74. — Schönh. I. 187. 222. — Panz. fasc. 30. n. 15. — Strm. V. 126. 2. — Dft. II. 167. 222. — Dej. S. g. II, 310. 12. — Ménétr. C. r. 113. 366. — Fald. III. 58. — Fisch. E. III. 278.

Ad ripas fluminum Transcaucasiae.

46. *Vestitus*. Fabr. S. E. I. 200. 163. — Dft. II. 166. 220. — Panz. fasc. 31. n. 5. — Gyllh. II. 84. 5. — Oliv. III. 35. 86. 116. t. 5. f. 49. — Strm. V. 130. 5. — Dej. S. g. II. 320. 22. — Fisch. E. II. 281. 5. — Ménétr. C. r. 113. 368. — Fald. III. 58. — Brullé III. 125. 145.

Cum praecedente.

47. *Flavipes*. Ménétries. C. r. 114. 373. — Fald. F. I. in Nov. Mém. de Moscou IV. 36. 29. — Dej. Cat. edit. 3. p. 29.

Ad ripas fluviorum provinciae Elisabethopoleos et Karabagh in confiniis Persiae.

48. *Melanocornis.* Ziegler. Dej. S. g. II. 350. 50. — Fald. III. 59. — *nigricornis.* Strm. V. 135. 8. — Dft. II. 130. 167. — Gyllh. II. 113. 29. — *aeneus.* Dej. Cat. p. 8.

Communis Transcaucasiae.

49. *Holosericeus.* Fabr. S. E. I. 193. 125. — Oliv. III. 35. 60. 72. t. 2. f. 122. — Schönh. I. 198. 175. — Dft. II. 129. 166. — Gyllh. II. 112. 28. — Strm. V. 134. 7. — Dej. S. g. II. 355. 55. — Fisch. E. III. 285. 10. t. 11. f. 7. — Ménétr. 114. 370. — Fald. III. 59.

In provincia Karabagh Transcaucasiae.

50. *Coeruleus.* Stévén. Descr. de quelq Ins. du Cauc. in Mém. soc. Mosq. 1809. II. 38. 7. — Fisch. III. 287. 13. t. 15. f. 8. — Dej. S. g. II. 363. 62. — Ménétr. 114. 374. — Fald. III. 59.

Ad urbem Tiflis pone rivos et fluvium Cyrum.

DINODES. Bonelli.

51. *Rufipes.* Bon. Dej. II. 372. 1. — Fisch. III. 291. 1. t. 12. f. 2. — Ménétr. 115. 376. — Fald. III. 60.
Azureus. Dft. II. 232. 169.
» Strm. V. 140. 10. t. 127.
» Gmr. V. 140. 10.

Sub foliis delapsis in dumetis et vepreculis Transcaucasiae.

LICINUS. Latreille.

52. *Depressus.* Payk. F. Suec. I. 110. 18. — Gyllh. II.

265. *Herrich-Schaeffer.* G. A. W. Nomenclator entomologicus. I. Hft. *Regensburg.* 1835. kl. 8°.
266. *Brullé.* M. A. et *Audouin.* M. V. Historie naturelle des Insectes. *Paris.* 1835. 8°. avec Planches. 6. cahier. *Cicadae.*
267. *Brullé* et Audouin. Historie naturelle des Insectes. *Paris.* 1836. 8°. 7. cahier. *Notonectae.*
268. *Curtis.* Brit. Ent. 1836. Vol. XIII. a pl. 578–625 (inclusive).
269. *Lewis.* in Transactions of the Entomological Society of *London.* 1836. I. Vol. *Cicadellae.*
270. *Eversmann.* E. Catalogus Inseetorum Wolgam fluvium inter et montes Uralenses observatorum. *Rhynchota. Casani.* 1836. In Bull. de la Societé Impériale des naturalistes de *Moscou.* 1837. N. 1. p. 33—37.
271. *Costa.* Fauna del Regno di Napoli. 1836. *Coccides.*
272. *Curtis.* Brit. Ent. 1837. Vol. XIV. a pl. 626—673 (inclusive).
273. *Curtis.* J. Catalogue of British Insects. Edit. II. *London.* 1837. kl. 8°. *Hemiptera* a p. 217—230.
274. *Heyden.* (von) Museum Senckenbergianum. 1837. II. *Aphidii.* (Forda).
275. *Hope.* Catalogue of *Hemiptera* etc. with short latin descriptions of the new species. 4°. *London.* 1837.
276. *Westwood.* In Trans. of the Entom. Society. *London.* II. 1837. *Hemiptera.*
277. *Percheron.* A. Bibliographie Entomologique. 8°. II. Tom. *Londres* et *Paris.* 1837.
278. *Kirby.* Fauna borealis Americana. 1837. *Hemiptera.*
279. *Germar.* E. F. *Hemiptera Heteroptera* promontorii bonae spei, collecta a Drége. In Silbermann's Re-

vue Entomologique. *Strassbourg.* 1837. Tom. V. p. 121 — 192.

280. *Krynicki.* J. *Cicada Steveni.* In Bull. de la Soc. Imp. d. Nat. de *Moscou.* 1837. N. V. p. 86 — 88 tab. VI. fig. 1. b. c. d. e.

281. *Lefebvre.* In Spinola's Essai sur les *Hémiptères hétéroptères.* Macroceroea *(Lygaeites).* 1837.

282. *Guérin.* M. *Fulgora,* Magazin de Zoologie. *Paris.* 1837.

283. *Haliday.* In Annal. of the Nat. Hist. I. II. 1838, 1839. *Aphidii.*

284. *Curtis.* Brit. Ent. 1838. Vol. XV. a pl. 674—721 (inclusive).

285. *Burmeister.* H. Genera Insectorum iconibus illustravit et descripsit. *Berolini.* 8°. 1838. *Rhynchota.* Vol. I. N. 1 et 2.

286. *Guérin-Meneville.* F. E. Sur quelques espéses de *Cigale.* Magazin de Zoologie. *Paris.* 1838. 8°. t. IX. tab. 237. 238. pag. 75 — 80.

287. *Curtis.* Brit. Ent. 1839. Vol. XVI. a pl. 722—769 (inclusive).

288. *Burmeister.* H. Genera Insectorum. *Berolini.* 1839. Vol. I. n. 3 et 4. *Rhynchota.*

289. *Spinola.* M. Essai sur les *Fulgorelles,* sous-tribu de la tribu des *Cicadaires,* ordre des Rhyngotes. Ann. d. l. Soc. Entomolog. de France. 1839. T. VIII. p. 133—472. pl. 10 — 17.

290. *White.* in Magazine of Natural History. 1839. *Hemiptera.*

291. *Waga.* M. (de Varsovie). Description d'une nouvelle espèce d'*Ophthalmicus.* Ann. d. la Soc. Ent.

de Franc. 1839. Tom. VIII. p. 523—525. pl. 18. f. I. 1 et 2.

292. *Herrich-Schaeffer.* die *Wanzen*artigen Insekten. *Nürnberg.* 1839. Tom. IV. a fig. 339—453 (incl.).

293. *Herrich-Schaeffer.* Tom. V. 1839. a fig. 454—558 (inclusive).

294. *Germar.* E. F. Zeitschrift für die Entomologie. *Leipzig.* 8°. 1839. I. Bd. 1. Hft. mit 2 Kupfertafeln. Beiträge zu einer Monographie der *Schildwanzen.* p. 1—146.

295. *Zetterstedt.* J. W. Insecta Lapponica. gr. 4°. *Lipsiae.* 1840. *Hemiptera.* p. 257—314.

296. *Westwood.* J. O. Introduction to the modern Classification of Insects *Hemiptera* et *Homoptera.* 1840.

297. *Burmeister.* H. Genera Insect. 1840. Vol. I. n. 5 et 6. *Rhynchota.*

298. *Spinola.* M. Essai sur les insectes *Hémiptères*, Rhyngotes on *Hetéroptères.* *Paris.* 8°. 1840.

299. *Westwood.* In Naturalisté library. I. 1840. *Polyneura* (Stridulantes).

300. *Rambur.* Faune entomologique de l'Andalousie. 1840.

301. *Hope.* Trans. Linn. Sóc. *London.* 1840. XVIII. *Hydrocorisiae.*

302. *Westwood.* Magazine of Natural History. 1840. (Lydda) *Fulgorellae.*

303. *Blanchard.* Histoire naturelle des insects (Suites à Buffon) Lygaeomorphus *(Coreides).* 1840.

304. *Westwood.* J. O. Arcana Entomologica or Illustrations of new, rare, and interesting Insects. *London.* gr. 8°. 1841 May. 1843 March. Vol. I. a pl. 1—48.

305. *Westwood.* In Annales of Nat. Hist. Cystosoma *(Stridulantes).* 1842.

306. *Burmeister.* H. Genera Insect. Vol. I. n. 7. 1841.

307. *Hartig.* In Germars Zeitschrift für Ent. 1841. Hyponomeutes et Rhizoterus *(Aphidii).*

308. *Costa.* In Guérin's Revue zoologique par la Société Cuvieérienne. 1841. *Lygaeites* et *Capsini.*

309. *Eversmann.* E. *Acanthia ciliata.* In Bull. de la Soc. Imp. des Nat. de *Moscou.* 1841. N. II. pag. 359. tab. VI. f. 6.

310. *Burmeister.* H. Genera Insect. Vol. I. n. 8. 1841.

311. *Westwood.* J. O. In Transact. Linn. Soc. *London.* 1842. XIX. *Fulgorellae* (Diospolis).

312. *Imhoff.* L. et Labran. Insekten der Schweiz. *Basel.* kl. 8°. 1842. III^tes^ Bändchen. 41 — 60 Heft.

313. *Herrich - Schaeffer.* Die *Wanzen*artigen Insekten. *Nürnberg.* 1842. T. VI. a fig. 559 — 679.

314. *Herrich - Schaeffer.* 1842. Tom: VII. 1. Hft. a fig. 680 — 697.

315. *Agassiz.* L. Nomenclator zoologicus. *Solothurn.* 4°. 1843. Fasc. III.

316. *Meyer.* L. R. Verzeichniss der in der Schweiz einheimischen *Rhynghoten.* *Solothurn.* 1843. gr. 8°. I. Hft. *Capsini.* mit 7 col. Tafeln.

317. *Herrich - Schaeffer.* Die *Wanzen*artigen Insekten· *Nürnberg.* 1843. Tom. VII. 2. Hft. a fig. 698—717.

318. *Kaltenbach.* J. H. Monographie der Familien der Pflanzenläuse (*Phytophthires*). *Aachen.* 8°. 1834. mit einer Tafel. *Aphidia* et *Hyponomeutes.*

319. *Herrich - Schaeffer.* Die *Wanzen*artigen Insekten.

Nürnberg. 1844. Tom. VII. 3, 4, 5, 6. Hft. a fig. 718—787.

320. *Imhoff.* L. Ins. der Schweiz. *Basel.* 1844. 61—74 Hft.

321. *Fieber.* F. Xav. Entomologische Monographien mit 10 Tafeln. Aus den Abhandlungen der k. böhm. Gesellschaft der Wissenschaften. V. Folge. 3. Bd. 4°. *Prag.* 1844. *Cercopis, Sigara, Tingis, Ophthalmicus.* —

(Libri, quorum annus edit. incognitus).

— *Felici.* G. B. Lettera intorno al canto delle *Cicale.* Giornale d'e letterati d'Italia. t. 36. n. 2.

— *Rivinus.* Cur *cicada* femina non canat. In Th. Simocati. Quest. p. 57.

— *Lindenberg.* Beschreibung und Abbildung zweier seltenen Surinamischen *Laternenträger.* Naturforscher. 13. st. n. 4. p. 19—23.

H E M I P T E R A
LINNÉI

RHYNGOTA FABRICII.

HEMIMEROPTERA CLAIRVILLEI.

OBSERVATIONES. *Metamorphosis* per *Nymphas* locum mutantes imagini subsimiles, epidermidem pluries exuentes alarumque rudimenta referentes (incompleta secundum Lamark et Burmeister, semicompleta secundum Fabricium); *oculi* compositi et in imagine etiam simplices (*ocelli*); *antennae* articulatae; instrumenta cibaria *stizoleicha* (pungentia simulque lambentia, non sugentia! *), *labro* coriaceo verticali, *mento* in *rostellum* sulcatum producto, *setisque* tribus loco maxillarum et labii, *labello* adhuc externo coriaceo, *ligula* membranacea et *palpis labialibus* duabus inferis; prothorax liber; alae quatuor.

---

*) Hemiptera rotatione spirali simulque attractione setarum lateralium in vagina rostelli circa setam mediam succum tenuiorem (involutionis Archimedicae instar) evolvunt eumque ligula palpisque membranaceis lambendo comedunt! Kolenati.

ORISMOLOGIA.

A. CAPUT.

(Signa in tabulis).						
I. *Epicranium*, facies capitis superior	Vide	Tab.	III	et	V.	
1. *Frons*, facies epicranii antica	»	»	»	»	»	
2. *Tuberculi antenniferi* seu *stemmata*	»	»	III.	IV.	VI.	
3. *Antennae.*						
a. Articulus primus vel basalis	»	»	III.	IV.	V.	VI.
b. » secundus...	»	»	»	»	»	»
c. » tertius......	»	»	»	»	»	»
d. » quartus.....	»	»	»	»	»	»
e. » quintus vel apicalis..............	»	»	»	»	»	»
4. *Oculi*, (compositi).......	»	»	»	»	»	»
5. *Regio orbitalis*, quae oculos circumdat	»	»	»	»	»	»
α. Regio *supra-orbitalis*..	»	»	III.	IV.	V. 2.	VI.
β. » *prae-orbitalis*, inter antennas et oculos .	»	»	»	»	»	»
6. *Vertex*, facies epicranii intermedia et postica, in qua ocelli inveniuntur	»	»	III.	V.		
7. *Ocelli*, (oculi simplices)...	»	»	»	»		
II. *Hypostoma*, facies capitis inferior	»	»	IV.	VI.		
γ. *Regio infra-orbitalis* sive *genae*	»	»	»	»		
δ. » *retro-orbitalis* sive *tempora*	»	»	»	»		

8. *Labrum*, lamina coriacea, quae instrumenta cibaria externe versus basim tegit.	Vide	Tab.	III.	IV. VI.
9. *Lamellæ*, quae latera rostelli tegunt	»	»	IV. 9.	
10. *Labellum*, lamina angustior coriacea, quae setarum insertionem externe obtegit.	»	»	IV. VI.	
11. *Rostellum* *).				
f. Articulus basalis vel primus	»	»	»	»
g. » secundus....	»	»	»	»
h. » tertius	»	»	»	»
i. » quartus vel apicalis	»	»	»	»
ε. *Seta media* (*labii* locum tenens)	»	»	»	»
ζ. *Setae laterales* (*maxillarum* locum tenentes) .	»	»	»	»
η. *Ligula* (a labello obtecta)	»	»	»	»
ϑ. *Palpi labiales* (supra a setis, subtus a rostello obtecti).............	»	»	»	»
(NB. Ligula et palpi membranaceae in individuis exsiccatis contrahendo valde imminuuntur).				
III. *Collare*, pars capitis postica coarctata, prothoraci inserta aut ab illo obtecta ..	»	»	IV.	

*) Rostellum nil nisi mentum ostendit prolongatum cum lamina involuta, nam rostellum numquam clausum invenitur, semper autem profunde sulcatum aut potius involutum.

B. PROTHORAX.

IV. *Pronotum*, facies prothoracis superior	Vide	Tab.	III	et	V.
12. *Discus*	»	»	»	»	»
13. *Margo anticus*	»	»	»	»	»
14. » *lateralis*	»	»	»	»	»
k. lateralis anticus	»	»	III.	IV.	V.
l. » posticus......	»	»	»	»	»
15. *Margo posticus*	«	»	»	»	»
m. posticus medius	»	»	»	»	»
n. » lateralis	»	»	»	»	»
16. *Angulus anticus*	»	»	»	»	»
17. » *posticus*	»	»	»	»	»
18. » *lateralis*	»	»	»	»	»
19. » posticus intermedius *(auriculae)* ...	»	»	IV.		
V. *Prosternum*, facies prothoracis inferior, media ..	»	»	IV.	VI.	
VI. *Episternum*, facies prothoracis inferior, lateralis.	»	»	»	»	
20. *Acetabula* pedum anteriorum	»	»	»	»	
21. *Stigmata* prima in membranosa parte episterni posterioris, quae prothoracem cum mesothorace conjungit	»	»	»	»	
22. *Insertio vaginae rostelli* per membranam *)	»	»	»	»	

*) Rostelli basis in facie postica intime juncta est per membranam musculumque (porrectorem rostelli) cum parte antica prosterni! Kolenati.

C. MESOTHORAX.

VII. *Pars antiscutellaris*, pars mesothoracis superior antica, quae a prothorace obtegitur	Vide	Tab.	III.	
23. *Dorsulum*, pars intermedia	»	»	»	
24. *Pteropega*, articulatio hemielytrorum (alarum superiorum vel anteriorum)	»	»	»	V.
VIII. *Scutellum*	»	»	»	»
o. basis scutelli	»	»	»	»
p. apex scutelli	»	»	»	»
q. discus scutelli	»	»	»	»
r. margo antica scutelli	»	»	»	»
s. » lateralis scutelli	»	»	»	»
t. Processus scutelli	»	»	»	»
u. *Frenum*, processus scutelli ad alas posticas decurrens	»	»	»	»
IX. *Pars postscutellaris* vel *postscutellum*	»	»	III.	
X. *Mesosternum*, facies mesothoracis inferior, media	»	»	IV.	VI.
XI. *Scapulae*, facies mesothoracis inferior, lateralis	»	»	»	»
XII. *Acetabula* pedum intermediorum	»	»	»	»

D. METATHORAX.

XIII. *Metanotum*, facies superior metathoracis	Vide	Tab.	III.	V.

25. *Articulatio tegminum* vel alarum inferiorum, posteriorum	Vide	Tab.	III.	V.
XIV. *Metasternum*, facies metathoracis inferior, media	»	»	IV.	VI.
XV. *Acetabula* pedum posteriorum	»	»	»	»
XVI. *Pleurae*, facies metathoracis inferior, lateralis	»	»	»	»
26. *Ostiolum odoriferum*, foramen, ex quo succus peculiaris fragrans stillat .	»	»	»	
XVII. *Opercula* tympanica . . .	»	»	VI.	
XVIII. *Fulcra* tympanica	»	»	»	

E. HEMIELYTRA HETEROPTERORUM.

λ. *Callus axillaris* sive *embolyum*, pars incrassata articulationis hemielytri cum mesothorace	Vide	Tab.	III.	IV.
μ. *Corium*, facies exterioris hemielytri partis. .	»	»	»	»
ν. *clavus*, pars hemielytri interior, scutello proxima	»	»	»	»
ξ. *Sutura clavi*, linea in qua clavus cum corio conjungitur	»	»	»	»
π. *Margo scutellaris clavi*, scutellum circumdans.	»	»	»	»

ϱ. *Commissura clavi* (olim sutura), margo clavi, quae cum opposita collidit.	Vide	Tab.	III.	IV.
σ. *Angulus clavi*, quem sutura et commissura clavi formant	»	»	»	»
τ. *Angulus scutellaris clavi*, quem margo scutellaris et commissura clavi formant.	»	»	»	»
υ. *Appendix* sive *cuneus* sive *area apicalis*, pars hemielytri apicalis coriacea inter membranam et corium inserta	»	»	IV.	
υυ. *Commissura appendicis* vel *cunei*, in qua cum corio jungitur	»	»	»	
φ. *Membrana*, pars hemielytri postica hyalina aut diaphana	»	»	III.	IV.
χ. *Cellulae*, a nervis membranae formatae	»	»	IV.	
ψ. *Margo hemielytri externus* vel *anticus* (hemielytro expanso) . . .	»	»	III.	IV.
ω. *Margo hemielytri posticus* vel *margo corii posticus* vel *sutura membranae* i. e. linea				

	in qua corium cum membrana conjungitur	Vide	Tab.	III.	IV.
ϖ.	*Margo membranae*...	»	»	»	»

F. ALAE SUPERIORES HOMOPTERORUM.

λ.	*Callus axillaris* sive *embolyum superius*......	Vide	Tab.	V.
μ.	*Callus axillaris* sive *embolyum inferius*........	»	»	»
ν.	*Area axillaris superior* et νν. *inferior*...........	»	»	»
ξ.	*Margo anticus* vel *externus* cum *radio principali*	»	»	»
ο.	*Margo posticus* vel *internus*	»	»	»
π.	*Clavus*................	»	»	»
ϱ.	*Sutura clavi*..........	»	»	»
σ.	*Margo scutellaris clavi*..	»	»	»
τ.	*Commissura clavi*......	»	»	»
υ.	*Angulus clavi axillaris*..	»	»	»
φ.	» *scutellaris clavi*	»	»	»
χ.	» *clavi posticus* ..	»	»	»
ψ.	*Nodus* sive *carpus*	»	»	»
ω.	*Radius internodalis*.....	»	»	»
𝔞.	*Radius medius*.........	»	»	»
𝔟.	*Sector apicalis*	»	»	»
𝔠.	» *nodalis*.........	»	»	»
𝔡.	» *subnodalis*	»	»	»
𝔢.	» *medius*	»	»	»
𝔣.	» *brevis*..........	»	»	»
𝔤.	*Arculus*...............	»	»	»
𝔤𝔤.	*Claustrum*............	»	»	»
𝔥.	*Parastigma*...........	»	»	»

i. *Cellula sectoris apicalis antica* cum *anastomosi* *.	Vide	Tab.	V.
ii. *Cellula sectoris apicalis postica*...............	»	»	»
k. *Cellula sectoris nodalis* cum *anastomosi* + ...	»	»	»
l. *Cellula sectoris subnodalis*	»	»	»
m. *Intercellula* cum *anastomosi* + ...	»	»	»
n. *Cellula sectoris medii*...	»	»	»
o. *Cellula sectoris brevis* ..	»	»	»
p. *Cellula radii medii*	»	»	»
q. *Limbus*	»	»	»
r. *Membranula axillaris* vel *ponticulus*	»	»	»

G. TEGMINA (alae inferiores sive posteriores) HETEROPTERORUM.

s. *Area costalis* aut *marginalis*...	Vide	Tab.	III.
t. » *discoidalis* aut *intermedia*	»	»	»
u. » *suturalis* vel *interna*....	»	»	»
v. *Callus axillaris*	»	»	»

H. TEGMINA HOMOPTERORUM.

s. *Area costalis*	Vide	Tab.	V.
t. » *intermedia*..............	»	»	»
u. » *interna* vel *suturalis*....	»	»	»
v. *Limbus*.....................	»	»	»
w. *Radius principalis*	»	»	»
x. *Claustrum*	»	»	»
y. *Radius dichotomus*	»	»	»
z. *Radius medius*..............	»	»	»
v. *Radius posticus*	»	»	»

x. Radius brevis	Vide	Tab.	V.
y. Radius suturalis	»	»	»
z. Arculus	»	»	»
**. Clavulus*	»	»	»
27. *Cellula radii principalis*	»	»	»
28. *Cellula radii dichotomi prima*	»	»	»
29. *Cellula radii dichotomi secunda* . .	»	»	»
30. *Cellula radii dichotomi tertia*	»	»	»
31. *Cellula radii dichotomi quarta* . . .	»	»	»
32. *Cellula radii medii*	»	»	»
33. *Area axillaris superior*	»	»	»
34. *Area axillaris inferior*	»	»	»

I. PEDES.

K. Pedes anteriores vel antici	Vide	Tab.	III.	V.	VI.	
L. Pedes intermedii	»	»	»	»		
M. Pedes posteriores vel *postici*	»	»	»	»	»	
35. *Coxa*	»	»	IV.	»	»	
36. *Trochanter*	»	»		»	»	
37. *Femur*	»	»	III.	IV.	V.	VI.
38. *Tibia*	»	»	»	»	»	»
39. *Tarsi*	»	»	»	»	»	»
40. *Unguis*	»	»	»	«	»	»
N. ABDOMEN.	»	»	»	»	»	»
XIX. *Facies superior* vel *dorsum abdominis*	»	»	III.		V.	
41. *Margo abdominis*	»	»	»	»	»	»
42. *Segmentum basale* . . .	»	»	»	»	»	»
43. *Ostiola odorifera*	»	»	III.			
44. *Spiracula*	»	»	»		»	
45. *Segmentum secundum*	»	»	»	»	»	»

46. *Segmentum tertium*..	Vide	Tab.	III.	IV.	V.	VI.
47. *Segmentnm quartum* .	»	»	»	»	»	»
48. *Segmentum quintum* .	»	»	»	»	»	»
49. *Segmentum anale* seu *podex*.............	«	»	»	»	»	»
50. *Area segmenti* vel *discus* segmenti.......	»	»	»		»	
51. *Margo segmenti anticus*	»	»	»	»	»	
52. *Margo segmenti posticus*.............	»	»	»	»	»	
53. *Angulus segmenti anticus*	»	»	»	»	»	
54. *Angulus segmenti posticus*.............	»	»	»	»	»	
XX. *Facies abdominis inferior* sive venter.....	»	»		»		»
55. *Carina ventris*	»	»		»		»
56. *Stigmata ventris*....	»	»		»		»
57. *Hypopygium*	»	»		»		»
58. *Genitalia*	»	»		»		»

HETEROPTERA.

Latreille.

FRONTIROSTRIA.

Zetterstedt.

Rostellum e capitis antico et supero enascens; hemielytra coriacea, ad apicem membranacea, se subtegentia, horizontalia; pedes gressorii; ocelli duo; lamella vaginata, oviductus et opercula tympanica desunt.

Fam. I. HEMEROCORISIAE.

(Ab *ἥμερος, ου,* mitis et *κόρις, εως,* cimex).

Rostellum acetabula pedum anteriorum excedens, subcylindricum, sublineare, in sulcum pro-et meso-sterni reclinandum.

Degunt in plantis, numquam in aqua, rarius in terra, evocant succum herbis et floribus, spargunt odorem peculiarem coriandrinum.

Omnes hujus familiae sunt:

TESSERACONDYLAE.

(a *τεσσαρες,* quatuor et *κονδυλοι,* articuli).

Rostellum articulis quatuor, ut plantis profundius infigi possit.

Tribus I. TESSERATOMIDAE.

(a *τεσσαρες,* quatuor et *τομὶς, ἰδος* forceps a *τέμνω* scindo).

Antennae articulis quatuor.

I. *Antennae clavatae, in epicranio insertae, hemielytra sine appendice.*

A. *Rostelli articulus tertius quarto brevior.*

COREIDES.

A. *Membranae nervi ramosi.*

a. *Scutellum obtectum.*

Genus: PHYLLOMORPHA. Laport.

(A *φυλλον,* folium et *μορφή,* forma).

Syromastes. Latr. *Coreus.* Fabr. Wolff. Germar. (a *συρα,* pellis et *μαστεύω* peto).

Quam maxime mirabile cimicidum genus, cujus octo jam species Asiaticae sive Africanae descriptae etiam duae in Europa meridionali adsunt.

Character: Supra excavata, lobis thoracis abdominisque sursum flexis. Exceptis hemielytris et alis omnes corporis partes spinis longis obsitae. *Caput* paulo longius quam latum, subquadratum oculis ocellisque minutis. In utroque latere rostelli *lamella* longa lataque. *Antennae* longitudine superant dimidium corporis, quarum articulus basalis crassus capite longior, secundus brevior, tertius omnium longissimus tenuior, quartus brevissimus crassus et oblongo-ovalis. *Spinae* symmetrice distributae in antennarum articulo secundo versus apicem et medium, in tertio versus apicem, quarto inermi. *Prothoracis lobi* laterales extensi, tenues, versus hemielytra conniventes; scutellum obtectum. *Hemielytra* pellucida. *Abdominis* segmenta lateralia prolongata, spinosa sursumque flexa. *Pedes* graciles, tibiis spinosis. Femina differt segmento anali sinuato.

* *Abdominis laciniis acutissimis.*

Species I. *Erinaceus.* Herrich-Schaeffer. Wanz. Ins. Bd. IV. pag. 103. tab. 214. fig. 673.
Persica. Westwood. Arc. Ent. Tom. I. n. 8, tab. 2. fig. 4.

Pallide testacea aut lurida, albescens, longe spinosissima, laciniis conicis apice acutissimis, *antennarum* articulo *tertio* fere duplo longiori secundo, *abdominis* lobis in medio fusco tinctis.

Long: $4\,^1/_4$ lin. Paris.

Lat. thor. $2\,^1/_2$, abdom: $3\,^1/_2$ lin.

Habitat in desertis aridis, prope Elisabethopolin, Transcaucasiae et confinia Persiae, mense Aprili et Majo.

** *Abdominis laciniis obtusis.*

Species. 2. *Paradoxa.* Sparrman. Bekrift. Vetensk. Ac. Handl. p. 234—238.

Paradoxa. Stoll. W. fig. 101.
« Fabr. Syst. Rhyng. p. 194. n. 14.
» Spinola. Ess. Ent. pag. 109.
» Westwood. Arc. Ent. Tóm. I. n. 7. tab. 2. fig. 1.

Lutea, fusco-et ochraceo-varia, *prothoracis* laciniis antice porrectis, *abdominis* laciniis apice oblique-obtusis et profundius tinctis.

Long. 4 lin.

Lat. thor. $2^1/_2$, abdom. $2^3/_4$ lin.

Habitat in desertis aridis territorii Karabagh et in confinio Persiae, mense Junio.

b. *Scutellum distinctum.*

* *Pronotum postice auriculatum, excisum.* Vide Tab. IV. fig. B. 19. m.

Gen. CENTROCORIS. m.

(A κέντρον, aculeus et κόρις, cimex).

Character: Supra modice excavata, *lobis pronoti* abdominisque lateralibus sursum flexis, spinosa. *Caput* longius quam latum, fronte protracta, spinosa, oculis exsertis, ocellis modicis. In utroque rostelli latere *lamella* brevis. *Rostellum* procurrit ad acetabula pedum intermediorum. *Antennae* longitudine dimidii corporis, quarum articulus *primus* spinis brevibus armatus, verrucosus. *Pronoti* lobi laterales extensi, crassi, spinosi aut erosi, lobi postici inermes. *Scutellum* spinosum aut verrucosum, oblongo — triangulare. *Hemielytra* opaca. *Abdomen* marginibus aut laciniatis aut profunde sinuatis, *venter* carinatus. *Femora* versus apicem incrassata spinosa aut scabra. Masculus differt hypopygio acuto.

\+ *Abdomine laciniato.*

Spec. 3. *Westwoodii.* mihi.

Vide: Tab. VII. fig. 1.

(In honorem D^{r}. J. Westwood, Angliae Entomologi donominata).

Cinnamomea; *capite* in epicranio triseriatim spinoso, ad latera spina una valida antrorsum versa; *antennarum* articulo *primo* incrassato, spinis brevibus duplici serie armato, reliquis tenuioribus, verrucosis, *ultimo* paulo crassiori. *Pronoti* pars antica depressa, valde verrucosa et spinosa, postica elevata antrorsum tantum spinis pluribus longis armata, ceterum verrucosa; lobi laterales prothoracis incrassati, sursum flexi in spinas quatuor finiti, quarum secunda longior crassiorque. *Scutellum* verrucis acutis valde elevatis sex, cinnamomeum apice luteo. *Hemielytra* cinnamomea, venis luteis, interstitiis profunde punctato — fossulatis, membrana hyalina. *Abdomen* cinnamomeum, laciniis lateralibus sursum flexis in spinam exeuntibus pluribusque spinulis armatis. *Venter* convexus, verrucosus, hirsutus. *Femora* versus tibias valde incrassata, verrucoso — spinosa, *tibiae* verrucosae.

Long: 4 lin.

Lat: thor: 1 $^{3}/_{4}$, abdom: 2 lin.

Habitat in vepreculis provinciae Transcaucasicae Karabagh et in confinio Persiae, mense Junio.

+ + *Abdomine sinuato, antennarum articulo basali inermi.*

Spec. 4. *Variegata.* m.

Vide: Tab. VII. fig. 2.

Nigro — grisea — variegata; *epicranio* et regione orbitali spinosis, *fronte* spinis quatuor, retro oculos spinulis, *antennarum* articulo *primo* incrassato, triquetro, sulcato, verrucoso, basi nigro, ceterum luteo, *secundo*

atque *tertio* luteo, *quarto* breviori, crassiori, nigro. *Pronoti* pars antica depressa et angustior, postica elevata, verrucosa, margine laterali antico dentato, postico paulo sursum flexo, angulo postico restangulariter exciso, margine postico circa scutellum profunde sinuato, auriculis subacutis, luteis extus obsolete dentatis et leviter sinuatis. *Scutellum* nigrum, verrucosum, apice luteo. *Hemielytrorum* clavus luteus, corium variegatum, verrucosum, membrana ad insertionem maculis duabus nigris, ceterum fusca, nervis nigris. *Abdomen* nigrum, in medio dorsi luteum, ad latera sursum flexum, sinuatum, *venter* luteus, leviter verrucosus, obsolete nigro-variegatus. *Femora* annulis tribus vel quatuor nigro-variegatis, *tibiae* luteae obsolete-verrucosae.

Long: 5 — 5 $^1/_2$ lin.

Lat: thor: ant: $^4/_5$—1, post: 1$^3/_5$—1$^4/_5$, abdom: 2 — 2$^2/_5$ lin.

Habitat in Echinope provinciae Elisabethopoleos, communis mense Junio.

+ + + *Antennarum articulo primo apice spina una armato.*

Spec. 5. *Pallescens.* m.

Vide: Tab. VII. fig. 3.

Livida, obsolete ochraceo-variegata. *Caput* et *antennae* testaceae, articulus *primus* denticulatus apice spina tenui armatus, *fronte* spinis quatuor ante ocellos, regione praeorbitali et temporali spinulosa; *pronotum* testaceum, ochraceo-variegatum, verrucosum, margine laterali antico denticulato, postico cum auriculis spinoloso. *Scutellum* lividum, verrucosum, ad latera denticulatum. *Hemielytra* ochraceo-variegata, in clavo et commissura maculis albidis. Membrana fusca. *Abdominis* dorsum pal-

lidum fasciis marginalibus cinnamomeis, marginibus sursum flexis, *venter* testaceus, verrucosus. *Pedes* testacei obsolete verrucosi, tibiae punctis minoribus duobus nigris. —

Long: $4^1/_2$ lin.

Lat: thor: $1^1/_2$, abdom: $1^3/_4$ lin.

Habitat in Carduis provinciae Karabagh, mense Junio.

** *Pronotum postice leviter sinuatum, absque auriculis.*

α. Caput longius ac latius, oculis parvis, parum prominulis.

† *Antennarum articulus basalis scaber.*

Gen. COREUS. Fabr.
Latr. Lam. Wolff. Fall.

Coriscus. Schrank (a *κορίσκη*, puellula). *Cimex.* Linné.

Character: Antennarum articulus *primus* crassus, subfalcatus, *secundus* ceteris longior et tenuior, *tertius* brevior secundo, *quartus* paulo brevior tertio, cylindricus, incrassatus.

Rostellum ad acetabula pedum intermediorum porrectum; ocelli modici, pone oculos siti; *hemielytra* nervis duobus, membrana multis; *pedes* graciles, *femora* versus tibias modice sensimque incrassata. *Abdominis* margines sursum flexi, alas excedentes.

I. *Membranae nervis omnibus longitudinaliter ramosis; antennarum articulo primo triquetro.*

1. *Thorace obtuso, capite antice spinis tribus porrectis.*

A. *Antennarum articulo tertio apice alato.*

Subgenus: *Palethrocoris.* m.

(A *πάλεθρον*, pala et *κόρις*, cimex).

Spec. 6. *Disciger.* m.

Vide: Tab. VII. fig. 4.

Obscure-griseus, subtilissime nigro-punctatus; *capitis* marginibus luteis; *antennae* longitudine dimidium corporis excedunt, articulo *primo* falcato, triquetro, nigro-verrucoso, paulo breviori secundo, *secundo* omnium longissimo, luteo, compresso, subtilissime nigro-verrucoso, *tertio* longitudine primi, basi tenuissimo et luteo, apice palae instar dilatato, alato, compresso, atro, bispino, *quarto* brevi, cylindrico, nigro. *Prothorax* antice coarctatus et depressus, postice elevatus et dilatatus, nigro-punctatus, marginibus vix elevatis, luteis, angulis externis rotundis. *Scutellum* triangulare cum *hemielytris* nigro-punctatum; membrana obsolete aurea, nervis ramosis parallelis. *Abdominis* margines hemielytra paulo excedunt, elevati, nigro-maculati. *Pedes* graciles, lutei, nigro-verrucosi. Inferior totius insecti facies fulva, nigro-verrucosa.

Long: 5 $^1/_2$ lin.

Lat: palae articuli tertii $^2/_3$ vel $^1/_4$ lin.

Lat: thor: 2, abdom: 2 $^1/_4$ lin.

Habitat in vepreculis territorii Karabagh, Transcaucasiae, mense Junio, in Arctio.

B. *Antennarum articulo secundo et tertio teretibus.*

Spec. 7. *Scapha.* Panz. 116. 9.

» Schellenbg. p. 13. tab. 5. fig. 1.

» Fabr. Syst. Rh. 193. 9.

» » Ent. Syst. IV. 127. 2.

» Wolff. II. 69. n. 66. tab. 7. f. 66.

» Curtis. Brit. Ent. T. IV. pl. 174.

» Schill. I. 39. 2. tab. 4. f. 2.

» Brullé. Exp. Mor. III. 1. p. 72. n. 18.

Scapha. Hahn. W. J. T. II. p. 103. t. 61. f. 186.
» Herrich-Schaeffer. Nom. Ent. p. 74 et 41.

Pro-Thorace utrinque rotundato, *antennarum* articulo *secundo* rufo, *tertio* ad basin rufo et subtereti, ad apicem nigro et triquetro, *quarto* tereti, incrassato, nigro; capite et pronoto albo-marginato; *abdomine* lato, margine sursum flexo, albo-maculato; ceterum obscure-fuscus.

Long: 6 lin.
Lat: thor: 2, abdom: 3 lin.

Habitat in locis herbidis Transcaucasiae et Caucasi.

3. *Thorace utrinque unispinoso.*

A. *Caput inter antennas spina simplici porrecta*

A. acuta; abdominis medio thorace multo latiore.

*. *Antennarum articulo secundo tereti.*

Subgenus: VERLUSIA. Spin.
(Ess. Ent. p. 147).

Spec. 8. *Quadratus*. Fabr. Syst. Rh. 199. 36.
» » Ent. Syst. IV. 132. 20.
» Wolff. II. 70. n. 67. t. 7. a. ♀. 6.
» Stoll. II. t. 5. f. 36. ♀.
» Schill. I. 40. n. 3.
» Fall. Monog. C. S. 2.
» » Hem. S. 36. 2.
» Panz. 118. 12.
» Hahn. W. J. II. 104. t. 61. f. 187.
♀ *Rhombeus*. Fabr. S. R. 199. 34.
Rhomboideus. Samou. I. 12.
Venator. Don. XI. 41. pl. 375.

Griseo-flavescens, *prothorace* obtuse spinoso, *antennarum* articulo secundo et tertio rufo, *abdomine* quadrato.

Long: 5 lin.
Lat: thor: $1^{2}/_{3}$, abdom: 3 lin.

Habitat rarius in Caucasi et Transcaucasiae herbis.

B. Obtusa, abdominis medio thorace vix latiore.

Subgen. GONOCERUS. Herrich-Schaeffer.

(A *γόνος, ου,* soboles et *κέρας,* cornu).

Spec. 9. *Venator.* Fabr. Ent. Syst. IV. 128. 4.
» » S. R. 194. 12.
» Panz. 116. 15.
» Wolff. I. 21.
» Donovan. XI. pl. 375.
» Schill. H. S. I. 4.
» Herrich-Schaeffer. Nom. E. p. 74 et 41.

Spina frontali obtusa, *abdominis* medio thorace vix latiore, *antennarum* articulis: secundo, tertio et quarto longitudine decrescentibus, modice clavatis, ferrugineis, apice nigrescentibus. Ceterum cinnamomeus, aut obscure griseus, subtus flavus aut rufus.

Long: $5\frac{1}{2}$ — $6\frac{1}{3}$ lin.

Lat: thor: $1\frac{2}{3}$—$2\frac{1}{5}$, abdom. 2—$2\frac{1}{2}$ lin.

Var. 10. *Juniperi.* Dahl. Herrich-Schaeff. W. J. T. IV. p. 99. t. 141. f. 445.
Nom. Ent. p. 73.

Minor, supra punctis crebrioribus (ob concentrationem!), subtus flavus.

Habitat in herbis Transcaucasiae et Caucasi.

B. *Caput inter antennas spinis duabus acutis, convergentibus.*

*. *Thoracis angulis porrectis.*

Spec. 11. *Marginatus.* Linné. F. S. 923.
» » S. N. II. 719. 28.
» Rossi. F. E. II. 231. n. 1301.
» Geoffr. J. I. 446. 20.
» Scop. Carn. N. 363.

*

Marginatus. Schaeff. Jc. t. 41. f. 4. 5.
» Fuesl. Helv. 25. 484.
» Stoll. W. 2. t. 5. f. 37.
» Panz. 117. 11.
» Fabr. E. S. IV. 126. 1.
» » S. R. 192. 6.
» Wolff. W. I. 20. n. 20. t. 3. f. 20.
» Fall. M. C. S. 56. 1.
» » H. S. 36, 1.
» Zett. Fn. L. 1. 466.
» Schill. B. I. 38. 1. t. 4. f. 1.
» Kirby and Sp. I. E. ii. 378.
» Id. iii. 109.
» Samou. 222. pl. 5. f. 7.
» Brullé. Exp. Mor. T. III. pars. I. p. 71. n. 71.
» Hahn. W. J. II. p. 102. t. 61. f. 185.
» Herrich-Schaeffer. N. E. p. 74 et 41.
» Zetterst. J. L. 260. 5. 1.

Griseo-brunneus, *prothoracis* angulis porrectis, subrotundis, membrana aureo-brunnea *abdomen* paululum superante, articulo *antennarum secundo* et *tertio* rufo.

Long: 6 — 7 lin.

Lat: thor: $2^1/_2$—$3^1/_5$, abdom: 3 lin.

Var: *Inermis.* m.

Spinae duae in capite conniventes desunt, earum loco tantum verrucae.

Habitat communis in Carduis, Rumice et Arctio Caucasi et Transcaucasiae.

II. *Membrana pone basin nervo transverso, plurimos nervos longitudinales emittente; antennarum articulus primus teres, granulatus.*

1. *Pronoti margine laterali denticulato.*

*. *Antennarum articulus primus, secundus et tertius subæqualis, quartus crassior.*

Subgen. MEROCORIS. Hahn.

(A μηρὸς, lumbus et κορις, cimex).

Spec. 12. *Denticulatus.* Scop. E. C. n. 365. ic. 365.
» Wolff. II. 71. n. 68. t. 7. f. 68.
» Schill. I. 44. n. 8. t. 4. f. 6.
» Hahn. II. p. 106. t. 62. f. 188.
Hirticornis. Panz. 92. t. 17.
» Fabr. E. S. 17.
» » S. R. 31.
» Coqueb. t. 10. f. 8.
» Fallén. M. C. S. Suppl. 5.
» » H. S. 37. 3.
Scabricornis. Panz. 83. 21.
Herrich-Schaeffer. Nom. E. I. 73 et 42.

Fusco-rufus, subtus ferrugineus; dente medio epicranii modice protracto et una cum thorace et hemielytris punctis confertis prominentibus scabro; *antennis* hispidis; *pronoti* margine postico bispinoso; *femoribus* posticis spinulis sex vel septem, ceterum pedibus hispidis; membrana fusco-nervosa.

Long; 4 lin.

Lat. thor. 1 $^2/_5$, abdom. 1 $^1/_2$ lin.

Habitat in arenosis et ad radices Artemisiae Caucasi Lhesgici.

2. *Pronoti margine laterali inermi, vix crenulato.*

Subgen: ATRACTUS. Laport.

(Ab ἄτρακτος fuscus) *Arenocoris.* Hahn.

(ab arena et κόρις. vox hybrida!)

+ *Antennarum articulus tertius quartusque longitudine aequales.*

Spec. 13. *Spinipes.* Fall. M. C. S. 57. 3.
» » H. S. 38. 4.
» Panz. 127. 8.
» Schill. I. 43. n. 7. t. 1. f. 13.
» Hahn II. p. 110. t. 63. f. 190.
» Herrich-Schaeff. N. E. I. 74 et 42.
» Spinol. Ess. Ent. p. 211.

Griseo-brunneus; supra punctulatus; spina capitis media prolongata; *pronoti* margine paulo crenulato; *femoribus* posticis apice spinosis.

Long: $4^2/_5$ lin.

Lat: thor: $1^1/_2$, abdom: $1^3/_4$ lin.

Habitat in Caucaso orientali.

+ + *Articuli antennarum, secundus et tertius, graciles, tertius quarto duplo longior.*

Spec. 14. *Nubilus.* Fall. M. C. S. 58. 4.
» » H. S. 39. 5.
» Ahrens et Germ. F. J. Europ. Fasc. IV. t. 22.
» Schill. I. 47. n. 10. t. 4. f. 5.
» Hahn. II. p. 111. t. 63. f. 191.
» Herrich-Schaeff. N. E. I. 74 et 42.
» Spinola. Ess. p. 211.

Cinereo-opacus; spinis capitis aequalibus; *pronoto* longitudinaliter costato, margine integro; *hemielytris* elevato-nervosis; *antennarum* articulis intermediis rufescentibus, apicali nigro; *femoribus* edentulis.

Long: 3 lin.

Lat: thor: $^3/_5$, abdom: $1^1/_5$ lin.

Habitat in Artemisiis Caucasi et Transcaucasiae.

† † *Antennarum articulus basalis laevis et cylindricus.*
* *Caput bifidum; antennae variegatae, articulus quartus tertio longior, non crassior.*

Genus: STENOCEPHALUS. Latr.

Laport. Burm. Herrich-Schaeffer. Brullé.

(A ςενὸς, angustus et κεφαλὴ, caput).

Discranomerus. Hahn. (a δικρανος, biceps et μὴρος, lumbus). *Coreus.* Fabr. Panz. Schill. Latr. *Lygaeus.* Fabr. Wolff. *Cimex.* Linn. Schrank.

Character: *Antennae* corpore breviores, hispidae, articulo *primo* longitudine capitis, crassiori; *secundo* tenuiori et longiori, *tertio* longitudine primi, *quarto* longitudine secundi, non hispido. *Rostellum* ad acetabula pedum intermediorum porrectum, cujus articulus *primus* longitudine articuli secundi, *tertius* longitudine quarti. *Pronotum* triangulare. *Hemielytra* duabus, membrana una cellula basali, e qua in membrana septem aut decem nervi oriuntur. *Venter* convexus, *dorsum* ab hemielytris obtectum; *pedes* longi graciles, tarsorum articulo primo longo. *Mas* differt abdominis segmento apicali globoso, biverrucato, *femina* hypopygio bidentato.

I. *Angustior; antennarum articulus secundus solum apice niger.*

Spec. 15. *Neglectus.* Herrich-Schaeff. Fortsets. Hahns. III. p. 55. t. 89. f. 272. — Nom. Ent. I. p. 42 et 74.

Griseus; *abdominis* margine maculato; *antennarum* articulo *secundo* in medio non annulato, ultimo rufescente, versus basim luteo.

Long: 5 lin.

Lat: thor: $^4/_5$, abdom: 1 lin.

Habitat in locis herbidis prope Elisabethopolin et in Armenia.

II. *Latior; antennarum articulus secundus medio et apice niger.*

Spec. 16. *Nugax.* Linn. S. N. ed. Gmelin. 2173. 397.
» Panz. 121. 9.
» Fabr. E. S. IV. 162. 93.
» » S. R. 200. 42.
» Wolff. I. 30. n. 30. t. 3. f. 30.
» Schill. H. Sil. I. 11. t. 5. f. 2.
» Hahn. I. p. 22. t. 3. f. 13.
» Brullé. Exp. Mor. III. ı. 73. 22.
» Herrich-Schaeff. N. E. I. 74 et 42.
» Spinol. Ess. p. 196.
Agilis. Schrank. II. 1. 82. n. 1125.
» Scopoli. 226. n. 366.
5 *punctatus.* Goetze. Beitr. II. 278. 23.
» Stoll. t. 11. f. 79.
Gonymelas. Donov. VII. 5. pl. 218. f. 1.
» Stew. II. 107.
» Turt. II. 668.

Griseo-opacus; *abdominis* margine maculato; *antennarum* articulo *secundo* in medio annulato, ultimo nigro, ad basim luteo.

Long: 6 lin.

Lat: thor: et abdom: 1¾ lin.

Habitat in Euphorbiis Transcaucasiae et Caucasi.

** *Caput antice bisulcatum; antennis unicoloribus; articulus quartus tertio brevior, crassiorque.*

Genus: RHOPALUS. Schill.

Hahn. Herrich-Schaeff.

(A ῥόπαλον, clava). *Choerosoma.* Curtis. (a χοῖ-

ϱος, porcus et σῶμα, corpus). *Myrmus.* Hahn. (a μύϱμος, formica). *Corizus.* Herrich-Schaeff. *Coreus.* Fabr. Fall. Latr. *Lygaeus.* Fab. Wolff. *Cimex.* Linn.

⊙. *Linearis; pro-thoracis margo non elevata.*

⊙ ⊙. *Antennarum articulus primus capite longior; hemielytra abdomine multo breviora.*

Spec. 17. *Arundinis.* Curtis. Brit. Ent. VII. pl. 297.
Schillingii. Schummel. Schill. Beitr. I. p. 55. n. 7.
» Herrich-Schaeff. IV. p. 74. t. 131. f. 402.
» Herrich-Schaeff. N. E. I. p. 75 et 42.

Antennae purpureo-adspersae; color *pronoti* et *hemielytrorum* virescens, *abdominis* supra striis duabus nigris, *ventris* rufo-luteus, *pedum* testaceo-virescens.

Long: 7. Lat: 3/4 lin.

Long: abdom. 5 lin.

Habitat in Arundine et locis graminosis Caucasi.

β. *Caput latius ac longius; oculis valde prominentibus.*

α. *Corpus ovale; antennarum articulus primus sequentibus duplo brevior.*

Genus: CORIZUS. Fallén.

Dalm. Curtis. Hahn. Herrich-Schaeffer.

(A κοϱίζομαι, blandior aut κοϱυζάω, gravedine laboro) *Kleidocerys.* Westwood. (a κλεὶς, δος, clavis et κεϱας, cornu). *Rhopalus.* Herrich-Schaeff. *Myrmus.* Hahn. *Choerosoma.* Curtis. *Zosmerus.* Lap. *Coreus.* Fabr. *Lygaeus.* Wolff. Fabr. *Cimex.* Linné.

Character: Epicranium planum; *ocelli* pone et retro oculos siti, distincti; *pronotum* antice angustatum et praeceps, angulis anticis obtusis, posticis subacutis; *scu-*

tellum magnum triangulare; *hemielytra* oblique in corio truncata; saepius subpellucida; *femora* versus apicem incrassata; corium hemielytrorum nervis duobus apice nonnumquam distichis.

I. *Hemielytris opacis coriaceis.*

*. *Rubro - nigroque varius.*

Spec. 18. *Hyosciami.* Linn. S. N. II. 726. 26.
» De Geer. J. III. 180. 18.
» Rossi. F. E. 1321.
» Sulzer. J. t. 11. f. 75.
» Panz. F. J. G. 79. 1. t. 19.
» Fabr. E. S. IV. 149. 47.
» » S. R. 218. 63.
» Schrank. F. boic. II. 1. 80. 1121.
» Wolff. I. 27. n. 27. t. 3. f. 27.
» Fall. H. S. 44. 6.
» Curtis. Guide. Gen. 1124. 1.
» Berk. S. I. 117.
» Stew. II. 105.
» Turt. II. 657.
» Brullé. Exp. M. III. 1. 74. 25.
» Hahn. I. p. 18. t. 3. f. 10.
» Herrich-Schaeffer. N. E. I. p. 75 et 42.

Cimex apterus. Harr. Ex. 91. pl. 26. f. 12.
» Samou. pl. 5. f. 8.

Pro - Thorax antice niger, postice fascia nigra interrupta in area coccinea; *scutelli* basis, margo scutellaris clavi et macula corii, *antennae pedesque* nigri; membrana aeneo - fusca, immaculata.

Long: $4^1/_5$ lin.

Lat: thor: $1^1/_5$, abdom: $1^2/_3$ lin.

Habitat in Hyosciamo totius Caucasi.

** *Brunneus. Pronoti margo luteus.*

Spec. 19. *Caucasicus.* m.

Vide: Tab. VII. fig. 5.

Rufo-brunneus; antennarum articulo tertio rufo; pedibus, margine pronoti et abdominis testaceis.

Caput, pronotum, scutellum et hemielytra rugoso-punctuta, rufo-brunnea, disperse pilosa; *antennae* dimidii corporis, articulis *duobus* nigris, *tertio* rufo, *quarto* nigro, basi et apice rufescente; *pronoti* margo lateralis testaceus aut luteus, pone marginem nigrescens; *scutellum* apice rotundatum, sursum flexum, luteum; *hemielytra* margine externo nigro, membrana hyalina; *abdominis* dorsum nigrum margine luteo, *venter* luteus punctis lateralibus et segmento anali nigris. *Rostellum* luteum, apice nigrum, *femora* pedum anticorum lutea, intermediorum apice nigrescentia, posticorum in facie superiori pone apicem dimidio nigra; *tibiae* luteae ad terminos nigrescentes; *tarsus* primus ad basin luteus ad apicem niger, secundus luteus, tertius niger.

Long: $4^1/_5$ lin.

Lat: thor: et abdom: $1^2/_5$ lin.

Habitat in Asperifoliaceis Caucasi, mense Julio.

II. *Hemielytris subhyalinis, prothoracis margine concolore.*

A. Scutelli apex integer; hemielytra abdomen vix superant.

a. *Scutelli apex acutus, abdominis dorso maculis tribus margineque luteis.*

Spec. 20. *Rubescens.* m.

Vide: Tab. VII. fig. 6.

Testaceo-ferrugineus, hispidus; *capite, pronoto, scutel-*

lo, *articulo* antennarum *primo* et *quarto* et margine hemielytrorum prope membranam *rufis*, reliquis viridi-testaceis; scutelli apice sursum flexo; *pedibus* sparse rufo-maculatis; *dorso* abdominis nigro, maculis tribus luteis.

Long: $2^{1}/_{5}$ lin.

Lat: thor: $^{4}/_{5}$, abdom. 1 lin.

Habitat in Cynancho acuto provinciae Karabagh, Transcaucasiae, mense Junio et Julio.

b. *Scutelli apex subacütus.*

α. Abdominis segmento anali in dorso punctis duobus testaceis.

⊙ *Caput cum oculis pronoto antico latius, antennis infuscatis.*

Spec: 21. *Ericae.* Schill. B. I. 4. t. 7. f. 10.
» Herrich-Schaeff. N. E. I. p. 80 et 46. (*Heterogaster ericae*).
Lygaeus Thymi. Fall. H. S. 49. 3.
» » Zett. F. L. I. 469. 2.
» » » J. L. p. 262. 8. 2.

Griseus; *ventre* tantum dense piloso; scutelli apice albo aut testaceo; lineola una aut duabus aut margine toto corii postico nigris; *membrana* prominula; *pedibus* testaceis subtilissime fusco-punctatis aut brunneis; *pronoto* antice costula media longitudinali grisea; abdominis *dorso* nigro.

Long: $1^{3}/_{5}$ — $1^{4}/_{5}$ lin.

Lat: $^{3}/_{5}$ lin.

Habitat in Caucasi alpibus.

⊙ ⊙ *Capite cum oculis pronotum anticum vix superante, antennis testaceis.*

Var: *Graminicola.* m. (forsan nova species!)

Pallide luteus; *pronoto* subtilius ruguloso, linea pone

costulam in pronoto antico utrinque transversa nigra, impressa, angulis posticis nigris; corio subdiaphano.

Habitat in collibus graminosis provinciae Elisabethopoleos.

β. Abdominis margine parumpunctato, dorso vitta utrinque serrata nigra.

Spec. 22. *Maculatus.* Herrich-Schaeff. VI. p. 2. t. 181. f. 559.

Rufo-ferrugineus, longe pilosus; *hemielytris* nigropunctatis, membrana prominula; *ventre* rufo; *pedibus* rufis brunneo-punctatis.

Long: $3^1/_2$ lin.
Lat: 1 lin.

Habitat in Asclepiadeis Caucasi occidentalis.

c. *Scutelli apex rotundatus.*

Spec. 23. *Crassicornis.* Linn. F. S. 952.
» » S. N. II. 729. 92.
» Schaeff. Jc. pl. 13. f. 10.
» Panzer. 92. 18.
» Fabr. E. S. IV. 168. 114.
» » S. R. 201. 46.
» Wolff. IV. 145. n. 140. t. 14. f. 140.
» Fall. M. C. S. 58. 5.
» » H. S. 41. 1.
» Zetterst. F. L. I. 467. 1.
» » J. L. 261. 7. 1.
» Turt. II. 666.
» Schill. I. 50. n. 1. t. 6. f. 2.
» Hahn. III. p. 2. t. 73. f. 227.
» Herrich-Schaeff. N. E. I. 42. 73. 74.

Griseo-virescens, subpilosus; membrana concolori; *ab-*

dominis margine nigro-maculato; femoribus posticis in facie superiori versus apicem nigris.

Long: $3^1/_5$ lin.

Lat: $1^1/_5$ lin.

Habitat in pratis Transcaucasiae.

B. Scutelli apex obsolete bifidus; hemielytrorum corii area media pellucida.

a. *Abdominis dorso in segmentis duobus ultimis macula longitudinali et utrinque orbiculari nigra.*

Spec. 24. *Magnicornis.* Fabr. E. S. IV. 168. 112.
» » S. R. 200. 44.
» Fall. M. C. S. 59. 7.
Pratensis. Fall. H. S. 42. 3.
Parumpunctatus. Panzer. 117. 10.
» Schill. B. I. 53. 4.
» Herrich-Schaeffer. N. E. I. 42 et 75.
» Hahn. III. p. 4. t. 74. f. 229.
Panzeri. Fieber in Catalogo Programm. Congreg. Medic. Pragae. 1837.

Testaceo-virescens, pilosus; membrana paulo prominula, apice punctis duobus nigris; *abdomine* luteo, *ventre* concolori, ad marginem maculis minoribus nigris; *pedes* lutei nigro-aut brunneo-punctati, *femora* postica nigro-maculata, *tibiae* tarsique versus apicem nigrescentes.

Long: $3^1/_5$ lin.

Lat: $1^2/_5$ lin.

Habitat in Asperifoliaceis prope Elisabethopolin Transcaucasiae, mense Junio.

C. Scutelli apex distincte bifidus, luteus.

Spec. 25. *Capitatus.* Fabr. E. S. IV. 169.
» » S. R. 201. 49.

Copiiatus. Wolff, II. 75. 72. t. 8. f. 72.
« Fall. M. C. S. 59. 6.
» » H. S. 42. 2.
» Zett. F. L. I. 467. 2.
» » J. L. 261. 7. 2.
» Schill. I. 51. n. 2.
» Hahn. III. p. 3. t. 74. f. 228.
» Herrich-Schaeff. N. E. I. 42 et 74.

Ferrugineo-griseus, pilosus; *hemielytris* apice opacis rubris; *membrana* prominula; *abdominis* margine maculis magnis nigris; *tibiis femoribusque* rufo-aut brunneo-annulatis.

Long: $3^{1}/_{5}$ lin.
Lat: $1^{2}/_{5}$ lin.

Habitat in Vincetoxico Georgiae Caucasicae.

b. *Corpus lineare; antennarum articulus primus sequentibus non aut vix brevior.*

Genus: ALYDUS. Fabr.

Fall. Schill. Kirby. Curtis. Hahn. Herrich-Schaeffer.

(Ab ἀλυω, vagor.) *Coreus.* Germ. Latreille. *Lygaeus.* Fabr. E. S. *Cimex.* Linn. De Geer.

Character; Caput magnum, *oculis* valde prominentibus, *collo* coarctato; *antennae* tenues, quarum articulus *primus* versus apicem paulo incrassatus longitudine secundi sive tertii, *quartus* paulo crassior cylindricus subcurvus longiorque; *rostellum* usque ad acetabula pedum intermediorum porrectum, cujus articulus *primus* reliquis crassior et longior; *ocelli* magni et prominentes; *pronotum* antice depressum, postice eminens pauloque latius; *hemielytra* cellulis duabus, *membrana* nervis ramosis; *femora* postica crassa.

* *Tibiae posticae rectae.*

Spec. 26. *Hirsutus.* m.

Vide: Tab. VIII. fig. 8.

Niger, hirsutus, punctato-rugosus; *capite* pronoto angustiori; *scutelli* apice albo; *antennarum* articulis nigris, basi luteis, *quarto* fusco; *pedibus* nigris, *tibiis* in medio tarsisque in basi luteis; *femoribus* posticis paulo incrassatis, quatuor aut quinque dentibus instructis.

Long: $5^1/_5$ lin.

Lat: $1^1/_5$ lin.

Habitat in Astragalo glycyphyllo et pycnophyllo prope Elisabethopolin et in provincia Karabagh, nec non in provinciis Caspicis.

** *Tibiae posticae curvae.*

\+ *in medio incurvatae.*

Spec. 27. *Lateralis.* Germ. Jt. Dalmat. 491.

» » Fn. 8. 21.

» Herrich-Schaeff. V. p. 99. t. 178. f. 549. 550.

» Herrich-Schaeff. N. E. I. 75.

Geranii. Burm. 324.

» Leon-Dufour. p. 2. f. 16.

Occipes.
Marginatus. Oliv. } Berol. Mus.

Brunneus, cinnamomeus aut fusco-rufus; *pronoti* et *hemielytrorum* margine laterali tenuissime flavo, puncto medio marginis postici pronoti et apice *scutelli* flavo-albo; *antennarum* articulo *primo* nigro, *secundo* et *tertio* flavo in extremis nigro, *quarto* rufo; *femoribus* nigris apice incrassatis quinque-dentatis; *tibiis* flavo-rufis, in extremis nigris, ad tarsos obsolete bidentatis; *ventre* et *dorso* rufo.

Long: 6 lin.

Lat: $1^1/_5$ lin.

Var: Antennarum articulo tertio in apice tantum nigro.

Habitat in Coronilla varia et Onobrychide circinata prope Elisabethopolin, Transcaucasiae.

+ + *Tibiae posticae apice incurvatae.*

Spec. 28. *Tragacanthae.* m.

Vide: Tab. VIII. fig. 7.

Niger, punctato-rugosus; *antennarum* articulo *primo* nigro, reliquis atro-fuscis, *quarto* in radice rubescente; *caput, pronotum* et *abdomen* pilosum, *fronte* linea longitudinali rubra, quae paululum in pronotum protenditur; pronoti, hemielytrorum abdominisque margo latus ruber, *scutelli* apex ruber; *membrana* prominula fusca; *femora* postica ad medium valde incrassata, ad extrema decrescentia, clavata, novem-dentata; *tibiae* ad tarsos nimis curvae, bidentatae, dentibus obtusis.

Long: $6^1/_4$ lin.

Lat: thor: et abdom: $1^1/_3$ lin.

Lat: femorum postic: $^4/_5$ lin.

Habitat in Astragalo Caucasico (Pall.) etiam Transcaucasiae et in confinio Turciae, prope Alexandrapol mense Septembri et Majo.

c. *Corpus crassius quam latum, holosericeum; femora postica securiformia, biseriatim dentata.*

Genus: HEBECERUS. m.

(Ab ἥβη, pubis et κέρας cornu).

Character: Corpus crassum inaequale, holosericeum aut dense pilosum; *antennae* tenues, quarum articulus *primus* capite brevior paululum incrassatus, *secundus* et

tertius aequales, *quartus* paulo longior et modice clavatus. *Rostellum* ad acetabula pedum intermediorum porrectum, cujus articulus *primus* et *tertius* paulo incrassatus; *caput* angustum; *pronotum* nimis praeceps; *femora* postica apice securiformia.

Spec. 29. *Persicus.* m.

Vide: Tab. VIII. fig. 9.

Nigro-alboque variegatus, holosericeus; *capite* pronoto antico vix latiori, fronte in spinam obtusam prolongata, rugoso-verrucosa; *antennis* fuscis, articulo *primo* rugoso; *oculis* parvis. *Pronotum* antice coarctatum mox autem adscendens et postice triplo latius crassiusque, albo-irroratum, margine laterali trisinuato, angulo postico bispino, pone scutellum in auriculam utrinque producto, convexo, inaequali; *scutello* nigro, spina crassa erecta armato; *hemielytra* nigra, luteo-alboque variegata, holosericea; *membrana* nigra. *Abdominis* margo lutea nigropunctata. Inferior totius insecti facies ob pilos densos albido-holosericea. *Pedes* fusci, *femoribus anticis* et *intermediis* paululum incrassatis obsolete tridentatis, femoribus *posticis* duplo longioribus ex dimidio in bulbum oblongum valde incrassatis antice flexis, bulbo nigro-alboque-variegato, subtus serie dentium dupla armato, *tibiis* in medio annulo obscure testaceo, posticis curvis.

Long: $4^1/_2$ lin.

Lat: abdom. $1^2/_5$ lin.

Lat: thor: ant: $^1/_2$, postici $1^1/_2$ lin.

Crassities thor: postici $1^1/_2$ lin; femorum $^3/_4$ lin.

Semel a me captus in Paliuro aculeato vepreculae provinciae Karabagh, in confinio Persiae.

B. Membranae nervi simplices.

a. *Fronte costa longitudinali.*

Genus: BERYTUS. Fabr.

(Nomen proprium). Fall. Wolff. Schill. Hahn.

Neides. Latr. Curtis. (a νεισομαι, proficiscor a νέω, vado). *Gerris.* Fall. M. Fabr. E. S. *Cimex.* Frisch. Linn.

Character: Corpus lineare aut filiforme; *antennae* filiformes, quarum articulus *primus* longissimus apice clavatus, *secundus* brevior et tenuior, *quartus* brevissimus, cylindricus, incrassatus; *rostelli* articuli aequales; *ocelli* minimi; *hemielytra* nervis tribus longitudinalibus, margine postico obliquo; *membrana* nervis quinque; *pedes* tenuissimi, longi, *femoribus* apice clavatis.

Spec. 30. *Caucasicus.* m.

Vide: Tab. VIII. fig. 10.

Testaceo-griseus aut rufescens; *fronte* prolongata; *antennis* testaceis, articulo *primo* nigro; *pronotum* rufum, profunde punctatum, tricostatum, costis testaceis; *hemielytris* testaceis, nervis elevatis, in interstitiis profunde nigro-punctatis, apice nigris; *membrana* fusco-brunnea; *pedibus* testaceis.

Long: $3\frac{1}{5}$ lin.

Lat: $\frac{1}{5}$ lin.

In arenosis, dumetosis Caucasi et Transcaucasiae.

b. *Fronte sulco longitudinali.*

Genus: RHABDOCORIS. m.

(A ῥαβδος, hastile aut linea et κόρις, cimex.)

Character: Corpus lineare; antennae sicuti pedes longitudine corporis, *pedes* postici duplo fere longiores quam antici; antennae filiformes, quarum *articulus primus* apice paulo crassior longitudine quarti, *secundus* et *tertius* brevior, *quartus* falcatus; *rostelli* articulus quartus brevissimus; *hemielytra* trinervia cellulisque duabus, nervo cel-

*

lulae corii postice in angulo interno processum arcuatum emittente, ita, ut hemielytri margo posticus arcuatus evadat; *membrana* nervis undecim parallelis; *femora* a latere compressa versus apicem sensim incrassata.

Spec. 31. *Arcuata.* m.

Vide: Tab. VIII. fig. 11.

Testacea, crebre et profunde punctata; *fronte* prolongata, apice obtuse bispina; *antennarum* articulo *primo* apice nigro, interne testaceo, externe brunneo, reliquis nigris aut fuscis, basi testaceis; *pronoto* postice dimidio latiore, in medio et ad latera lineis impunctatis testaceis, vix elevatis, angulis posticis gibbis, nigris aut fuscis, margine postico tenui, impunctato subrotundato; *scutellum* profunde punctatum, apice acute spinosum; interstitia *hemielytrorum* in clavo crebre nigro - punctata, externe in corio tantum pone nervos nigro - punctata; arcus posticus corii intus nigrescens; *membrana* hyalina longitudine corii; *pedes* testacei subtilissime fusco-punctati; *venter* testaceus.

Long; $7^1/_3$ lin.

Long: antenn: $6^1/_2$, femor: post: $3^1/_4$, tibiar: post: $3^1/_4$ lin.

Lat: thor: 1, abdom: $1^1/_5$ lin.

Habitat in foliis Quercus montis Ssalwat, Caucasi Lhesgici, mense Augusto.

II. *Antennae in hypostomate insertae, subclavatae, hemielytra absque appendice.*

B. *Rostelli articulus tertius quarto longior.*

LYGAEIDES.

A. Membrana nervis ramosis; ocelli minimi.

Genus: PLATYNOTUS. Schill.

A πλατὺς, et νῶτος, dorsum). Hahn.

Pyrrhocoris. Dalm. Fall. H. Curtis. (a πυῤῥὸς, igneus et κόρις, cimex.)

Platyocoryza. Fallen. (A πλατυς, latus et κόριζα, gravedo).

Meganotus. Laport. (a μέγας, λη, α, magnus et νῶτος, dorsum).

Astemma. Spin. Encycl. (Ab ἀ privativo et ςέμμα, infula.) *Lygaeus.* Fabr. Latr. Fall. M. Wolff. *Cimex.* Linn. Geoff. De Geer.

Character: Corpus oblongo-ovale; *antennarum* articulus *primus* crassus, longitudine *quarti* cylindrici, *secundus* omnium longissimus, *tertius* paulo longior primo, hinc longior quarto; *hemielytra* binervia, nervo externo in medio corii disticho; *clavo* trapeziformi; *membrana* nervis ramosis, cellulis tribus; *femora* antica paulo crassiora denticulata.

* *Embolyum et corium macula nigra.*

Spec. 32. *Apterus.* Linn. S. N. II. 727. n. 78.
» Rossi. F. E. II. 241. 1322.
» Sulzer K. d. J. tab. 10. f. 14.
» De Geer. III. 276. 20.
» Geoffr. J. I. 440. 11,
» Stoll. II. t. 15. f. 103.
» Fabr. E. S. IV. 161. 90.
» » S. R. 227. 116.
» Schrank. F. boic. III. II. I. p. 81. 1123.
» Hausm. in Illig. M. I. 229.
« Wolff. Jc. C. III. 108. n. 102. t. 11. f. 102.
» Schill. H. S. I. p. 57.
» Hahn. I. p. 19. t. 3. f. 11.
» Herrich-Schaeff. N. E. I. p. 75 et 43.

Apterus. Curtis. Br. E. X. pl. 465.
» » Guide. Gen. 1113. 1.
» Spinol: Ess. p. 178.
Calmariensis. Fall. H. S. 45. 9. 1.

Ventris nigri segmentorum omnium margo lateralis, penultimi etiam posticus rufus; *membrana* soepissime incompleta.

Long: $4^1/_4$ lin.
Lat: $1^3/_4$ lin.

Communis et frequens in Caucaso et Transcaucasia, in arborum truncis qualemcumque victum praecipue fructus et semina mollia in speluncas colligens. Frequentius in Iberia occurrunt mares membrana evoluta mense Julio et Augusto.

** *Corium tantum macula nigra, minori.*

Spec. 33. *Italicus*. Rossi. F. E. J. 1523.
» Panz. F. J. G. 118. 14.
Aegyptius. Linn. S. N. II. 727. 29.
» » Mus. Lud. Ulr. 178.
» Fabr. E. S. IV. 115. 69.
» » S. R. 222. 87.
» Spinola. Essais. p. 178.
Aegypticus. Hahn. II. p. 10. t. 37. f. 121.
Herrich-Schaeffer. N. E. I. p. 76 et 43.

Venter rufus utrinque serie macularum difformium nigrarum; sexus semper uterque membrana completa.

Long: 4 lin.
Lat: $1^1/_2$ lin.

Habitat in Iberia communis cum praecedenti; in provincia Elisabethopoleos jam separatim a praecedenti, inter se tantum communis circa arborum praeprimis sali-

cum truncos; in provincia Karabagh adhuc frequentior, *praecedens* autem rarior.

B. Membrana nervis simplicibus; ocelli majores.

a. *Caput cum oculis thorace angustius.*

α. Feminae segmenta ventralia tria ultima fissa.

+ *Femora omnia aeque crassa, inermia; membrana nervis quatuor, duobus interioribus arcu conjunctis.*

Genus: LYGAEUS. Fabr.

(A λυγαῖος, obscurus.) Panz. Wolff. Fall. Schill. Latr. Hahn. Herrich-Schaeff. Brullé. *Cimex.* Linn. De Geer. Geoffr.

Character: Corpus oblongum; *capite* protracto; *antennarum* articulo *primo* quarto breviore; *hemielytra* binervia, nervo utroque versus apicem disticho, *membrana* cellula una.

I. *Membrana medio immaculata.*

1. *Capite nigro.*

Spec. 34. *Familiaris.* Fabr. E. S. IV. 149. 48.
» » S. R. 219. 64.
» Panz. F. G. 79. t. 20?
» Herrich - Schaeff. N. E. I. p. 44 et 76.
Venustus. Boeber. Herrich - Schaeff. N. E. I. p. 58 et 44.

Membrana basi albida, ceterum nigro - fusco; *pronotum* linea media procurrente coccinea; *antennae pedesque* nigri; *hemielytra* coccinea, fascia interrupta transversa nigra; *scutellum* cum *clavo* nigrum.

Long: $4^1/_2$ lin.
Lat: $1^1/_2$ lin.

Habitat in herbidis locis Transcaucasiae.

2. *Capite macula bifurca rufa, superficie holosericea.*

Spec. 35. *Saxatilis.* Linn. S. N. II. 727. 81.
» Rossi. F. E. 1317.
» Scopoli. E. C. 371.
» Panz. F. G. fasc. 79. t. 22.
» Schrank. F. b. 538.
» Fabr. E. S. IV. 148. 46.
» » S. R. 212. 62.
» Wolff. I. 26. n. 26. t. 3. f. 26.
» Schill. I. 59. 2.
» Brullé. Exp. Mor. III. 74. 26.
» Hahn. II. p. 6. t. 37. f. 119.
» Herrich - Schaeff. N. E. I. p. 77. 78. 44.

Membrana fusca; *pronotum* linea media longitudinali procurrente, *caput* macula bifurca coccinea; *antennis pedibusque* nigris; *hemielytris* coccineis ubique nigro-marginatis, in medio corii macula nigra; *scutello* nigro lineis coccineis a basi versus discum in angulum convergentibus.

Long: 5 lin.
Lat: $2^3/_5$ lin.

Habitat in locis herbidis prope urbem Tiflis et Elisabethopol nec non in Caucaso.

3. *Capite rufo; pronoti disco scutelloque nigro.*

Spec. 36. *Asiaticus.* m.
Vide: Tab. VIII. fig. 12.

Membrana nigro-fusca, apice subacuta; *antennae scutellum pedesque* nigri; *caput* coccineum, regione infra-

et retro-orbitali et circa ocellos nigra; *pronoti* pars antica medio nigra, macula una coccinea, postica coccinea in medio disci nigro-picta; *pro-* et *episterno* nigro macula coccinea; *scutellum* nigrum; *hemielytra* coccinea, fascia transversa retrorsum et extrorsum flexa aequali nigra; margine externo postico et pone membranam nigro, punctis duobus nigris in angulo clavi et lineis utrinque ad callum axillarem corii divergentibus nigris; *venter* coccineus maculis aut fasciis transversalibus nigris.

Differt a sequenti thorace quoque longiori.

Long: 6 ½ lin.
Lat: 2 lin.

Habitat in provincia Karabagh in confinio Persiae.

II. *Membrana macula media* (nulla apicis) *alba.*

1. *Capitis macula rufa.*

* *Capitis macula bifurca.*

Spec. 37. *Militaris.* Fabr. E. S. IV. 147. 42.
» » S. R. 217. 56.
» Germ. Fn. 12. 19.
» Brullé. Exp. Mor. III. 74. 23.
» Herrich-Schaeff. N. E. I. p. 44 et 77.
Civilis? Wolff. Jc. C. 25.
Surinamensis? Wolff. fig. 105.

Membrana macula quoque basali alba, apicali rotundata; *antennae*, *scutellum* *pedesque* nigri; *caput* in regione orbitali et circa ocellos nigrum; *pronoti* pars *antica* nigra maculis tribus coccineis, *postica* pars coccinea, in medio disci nigro-picta; *episterno* nigro, macula coccinea; *hemielytra* coccinea, fascia transversa paululum flexa, aequali, nigra, punctis duobus holosericeis in angulo clavi et lineis utrinque ad callum

axillarem divergentibus nigris. *Venter* coccineus maculis vel fasciis transversalibus nigris.

Long: $6^1/_2$ lin.

Lat: $2^1/_4$ lin.

Habitat in Somchetia, Iberia et Armenia.

** *Capitis macula antice rotundata.*

Spec. 38. *Equestris.* Linn. S. N. II. 276. 77.
» De Geer. J. III. 181. 9.
» Geoffr. I. 442. 14.
» Schaeff. Jc. t. 48. f. 8.
» » Elem. 44. 2.
» Panz. F. G. 79. 19.
» Fabr. E. S. IV. 171. 43.
» » S. R. 217. 57.
» Wolff. I. 24. t. 3. f. 24.
» Schill. I. t. 5. f. 4.
» Berk. S. I. 117.
» Stew. II. 105.
» Turt. II. 656.
» Hahn. I. p. 21. tab. 3. f. 21.
» Herrich-Schaeffer. N. E. I. p. 44 et 76.
» Brullé. Exp. Mor. III. 74. 24.
» Curtis. Guide. Gen. 1124. 2.
» » Br. Ent. X. pl. 481.
Cimex speciosus. Scop. E. C. 127. 369.
» P. Poda. Mus. Graec. p. 59.

Membrana prominula, albo-marginata, maculis duabus lateralibus unaque centrali albis; *antennae*, *pro*- et *mesothoracis* facies inferior pedesque nigri; *frontis* apice et regione orbitali nigris; *pronoti* pars *antica* et *postica media* nigra, *lateralis postica* coccinea; *scutellum* nigrum;

hemielytra coccinea fascia transversa in medio angustata nigra maculisque duabus in angulo clavi nigris: *venter* coccineus nigro-maculatus.

Long: $4^1/_2 — 5^1/_2$ lin.

Lat: $1^1/_2 — 1^3/_4$ lin.

Frequens in Caucaso et Iberia.

2. *Capite immaculato, nigro.*

* *Membrana maculis duabus basalibus et media alba.*

Spec. 39. *Ventralis.* m.

Vide: Tab. IX. fig. 13.

Habitus *Platynoti*, antennae *Lygaei.*

Membrana albo-marginata; *pronotum* coccineum nigro-arcuato-bimaculatum, maculis nimirum oblongis antrorsum fascia transversa sub angulo recto junctis; *clavo* rubro-fusco, *corio* coccineo macula nigra; *venter* coccineus margine nigro-punctato, *hypopygio* nigro; *tibiae* fuscae.

Long: $3^3/_4$ lin.

Lat: $1^2/_5$ lin.

Habitat in vepreculis provinciae Karabagh.

** *Membrana macula media alba.*

Spec. 40. *Punctum.* Geoffr. I. 443. 15.

» Panz. F. G. 118. 11.

» Fabr. E. S. IV. 157. 75.

» » S. R. 224. 94.

» Coqueb. Jll. I. 41. t. 10. f. 10.

» Wolff. II. 73. 70. t. 8. f. 70.

» Herrich-Schaeff. N. E. I. p. 44 et 77.

» Brullé. Exp. Mor. III. 74. 27.

Venter niger; *pronotum* coccineum maculis duabus quadrangularibus nigris, *clavus* niger, *corium* coccineum puncto nigro, *pedes* nigri.

Long: $2^1/_2$ lin.
Lat: $^4/_5$ lin.

Habitat in Caucaso et Iberia, rarus.

III. *Membrana macula altera media, altera apicali alba.*

Spec. 41. *Punctatoguttatus.* Panz. F. G. 118. 8.
» Fabr: E. S. IV. 77.
» » S. R. 224. 97.
» Herrich - Schaeff. N. E. I. p. 44 et 77.
Biguttatus. Fabr. E. S. IV. 158. 78.

Ventre in medio rubro; *pronoto* antice coccineo, postice maculis duabus quadrangularibus nigris; *clavo* coccineo punctis duobus nigris, *corio* coccineo macula nigra costali, *tibiis* rufis.

Long: $2^1/_3$ lin.
Lat: $^2/_3$ lin.

Habitat in Iberia et Armenia, raro.

++ *Femora antica crassa, plerumque dentata; membrana nervis quatuor vel quinque solitariis.*

Genus: PACHYMERUS. Lepelletier.

(A παχὺς, crassus et μηρὸς, lumbus). Schill. Hahn. Herrich-Schaeffer. *Aphanus.* Laporte. Herrich-Schaeff. (Ab ἀ priv. et φαίνω appareo.). *Rhyparochromus.* Curtis. Hahn. (A ῥυπαρὸς, squalidus et χρῶμα, color.) *Lygaeus.* Fabr. Wolff. Fall. Latr. *Cimex.* Linn. De Geer. Geoffr.

Character: Corpus oblongum; *caput* protractum; *antennarum* articulus *primus* brevis capite numquam longior, *secundus* omnium longissimus, *tertius* brevior secundo, *quartus* paulo crassior tertio; *rostellum* ad acetabula pedum posticorum porrectum, cujus articulus *pri-*

mus crassus longitudine capitis, *secundus* tenuior ast longior, *tertius* brevior, *quartus* tenuissimus et brevissimus; ocelli minimi; *hemielytra* nervis duobus longitudinalibus fere rectis; *membrana* nervis duobus externis magis flexis, nonnumquam membrana incompleta; *tibiae* anticae paululum flexae.

I. *Thoracis latera immarginata.*

Spec. 42. *Anomalus.* m.
Vide: Tab. IX. fig. 14.

Niger, hispidus; hemielytris et thorace postico ferrugineis; caput, antennae, pronotum anticum, *scutellum pedes*que nigri, rugosi, hispidi, anguli pronoti externi postici nigri, nitidi; *hemielytra* profunde punctata, ferruginea aut coccinea, margine scutellari clavi et corii postico subtili nigro, in area corii macula nigra; *membrana* prominens fusca; *venter* niger metallescens; *femora antica* inermia; *tibiae anticae* fuscae.

Long: $3^2/_3$ lin.

Lat: thor: ant: $^3/_5$, postic: 1, abdom: $1\,^1/_5$ lin.

Habitat in promontorio Araratico Armeniae.

II, *Thoracis lateribus marginatis.*

1. *Membrana immaculata nigra.*

* *Ater immaculatus.*

Spec. 43. *Carbonarius.* Rossi. F. E. II. 244. n. 1330. t. 7. f. 7.
Echii. Panz. F. G. 72. t. 22.
» Fabr. S. R. 235. 160.
» Schill. I. 73. 13.
» Hahn. I. p. 137. t. 22. f. 70.
» Herrich - Schaeffer. N. E. I. 78, 79 et p. 44.

Aterrimus. Fabr. E. S. Suppl. 541. 96.
» » S. R. 229. 124.
» Coqueb. Jll. I. 37. t. 9. f. 10.
» Wolff. Jc. C. f. 192.

Ater; *femoribus* anticis tridentatis; *tibiis* spinosis; *antennarum* articulo *ultimo* fusco - albescenti - piloso.

Long: 4 lin.
Lat: 1 $^4/_5$ lin.

Habitat in Asperifoliaceis Transcaucasiae et Caucasi.

** *Griseo - testaceus.*

Spec. 44. *Pini.* Linn. S. N. II. 729. 96.
» » Faun. S. 956.
» De Geer. III. 279. 22. t. 14. f. 22.
» Geoffr. I. 449. 28.
» Schaeff. Jc. t. 42. f. 12.
» Fabr. E. S. IV. 163. 97.
» » S. R. 229. 125.
» Wolff. II. 74. t. 8. f. 71.
» Zetterst. F. L. I. 470. 5.
» Schill. I. 64. n. 1. t. 5. f. 3.
» Stew. II. 106.
» Turt. II. 664.
» Hahn. I. p. 38. (absque figura, quae *vulgarem* refert!)
» Herrich-Schaeff. N. E. I. 44 et 79.
» Zetterst. J. L. 263. 8. 6.

Niger; *pronoti* fascia basali *hemielytris*que griseis; *corio* macula subrhombea nigra; *femoribus* anticis dentato-serratis.

Long: 3$^3/_4$ lin.
Lat: 1$^1/_2$ lin.

Habitat in sylvis et sub lapidibus Caucasi.

2. *Membrana bicolor.*

* *Membrana nigra, angulo basali late flavo.*

Spec. 45. *Rolandri.* Linn. S. N. II. 729. 98.
» » F. S. 957.
» De Geer. III. 294. 84.
» Geoffr. I. 459. 51.
» Schaeff. Jc. t. 87. f. 7.
» Panz. F. G. 118. 13.
» Fabr. E. S. IV. 164. 99.
» » S. R. 230. 127.
» Wolff. Jc. C. 193.
» Schill. H. S. I. 12.
» Fall. M. C. S. 13.
» » H. S. 20.
» Stew. II. 106.
» Turt. II. 664.
» Steph. S. Cat. 343. 9507.
» Herrich-Schaeff. N. E. I. p. 80 et 44.

Ater, opacus; *pronoto* subquadrato, aequali (haud depresso); *tibiae* subspinosae; *membrana* fusco-nigra, macula rhombea flava.

Long: 3 lin.
Lat: 1 lin.

Habitat in raris Caucasi et Armeniae pinetis.

** *Membrana fusca, basi albida.*

Spec. 46. *Ibericus.* m.
Vide: Tab. IX. fig. 15.

Niger; pronoto postico et hemielytris rufis, macula alba in nigredine apicis corii; antennis pedibusque rufo-variegatis.

Caput latius thorace anteriori, punctatum, opacum, *frontis* apice rufo; *oculi* valde prominuli; *pronotum* sub-

planum, punctatum, dimidium anticum nigrum, posticum rufum, margo anticus subtilissime rufus, color marginis externi postici rufus etiam paululum in anticum procedens; *scutellum* basi nigrum, apice rufum; *hemielytra* profunde punctata rufi - nervia, margine lato laterali albido; *venter* niger metallescens, *acetabula* pedum rufa; *scapulae* posticae luteo - marginatae; *rostellum* rufum, apice nigrum; *antennae* dimidio corporis longiores, articulis tribus primis rufis, *tertio* apice fusco, *quarto* fusco aut nigro; *femora antica* rufa dente uno apicali tribusque aut quatuor minoribus basalibus, *femora postica* basi rufa, apice fusca; *tibiae tarsi*que apice infuscati.

Long: 3 lin.
Lat: $^2/_3$ lin.

Habitat in Iberiae dumetis et virgultis, prope urbem Tiflis.

*** *Membrana fusca, macula apicali alba.*

Spec. 47. *Pedestris.* Panz. F. G. Fasc. n. 22. 92. 14.
» Schill. I. 70. n. 10. t. 6. f. 7.
» Zett. F. L. I. 470. 4.
» » J. L. 263. 8. 5.
» Hahn. I. p. 62. t. 10. f. 38.
» Herrich - Schaeffer. N. E. I. p. 44 et 79.

Luscus? Wolff. Jc. C. t. 14. f. 139.

Niger; *pronotum* fascia baseos testacea; *hemielytra* griseo - pallida, macula nigra ante albidum apicem; *antennis pedibus*que rufo - variegatis, *antennarum* articulo *secundo* ferrugineo.

Long: $2^1/_2$ lin.
Lat: $^4/_5$ lin.

Habitat in vepreculis et virgultis Caucasi et Transcaucasiae.

* * * * *Membrana nigra, margine lacteo.*

Spec. 48. *Hemipterus.* Schill. B. z. E. S. I. 20. t. 6. f. 11.
» Hahn. I. p. 61. t. 9. f. 37.
» Herrich-Schaeff. N. E. I. p. 78.

Niger, *corpore* lineari, *hemielytris* testaceis, *membranae* rudimento.

Long: $1^1/_2$ lin.
Lat: $^2/_5$ lin.

Habitat sub lapidibus ad pagum Kasbek Caucasi centralis.

+ *Membrana fusca, maculis inter nervos posticis anteapicalibus pallidis.*

Spec. 49. *Vulgaris.* Schill. I. 65. n. 2. t. 5. f. 8.
» Hahn. I. p. 41. t. 7. f. 25 et 26.
» Herrich-Schaeff. N. E. I. p. 45 et 80.
Lygaeus pini. Wolff. Jc. C. f. 71.
Tibialis. Megerle in litt:

Niger; *pronoti* fascia baseos grisea, pallide marginata; *hemielytra* grisea, macula anguli clavi nigra; *tibiis anticis* rufis.

Long: $3^1/_2$ lin.
Lat: $1^1/_5$ lin.

Habitat sub lapidibus et foliis delapsis totius Caucasi, deficit in Transcaucasia.

++ *Membrana fusca, nervis tenuissime fuscis, albo cinctis.*

† *Pronotum concolor, hemielytra innotata.*

Spec. 50. *Sylvaticus.* Panz. F. G. 120. 6.
» Fabr. E. S. IV. 163. 98.
» » S. R. 229. 126.

Sylvaticus. Fall. M. C. S. 10.
» » H. S. 17.
» Schill. I. 24. t. 7. f. 4.
Sylvestris. Hahn. I. 54. t. 9. f. 33.
» Herrich-Schaeff. N. E. I. p. 45 et 80.

Niger; *pronoto* et *hemielytris* fuscis; *antennis* concoloribus pilosis; *femoribus* inermibus.

Long: $2\,^1/_4$ lin.

Lat: $^1/_2$ lin.

Habitat juxta agros et sylvas Caucasi et Transcaucasiae.

† † *Hemielytra ante apicem maculata.*

Spec. 51. *Chiragra.* Fabr. E. S. IV. 168. 113.
» Panz. F. G. 122. 8.
» Fabr. S. R. 233. 144.
» Fall. M. C. S. 66. 9.
» » H. S. 16.
» Schill. I. 75. 16. t. 6. f. 9.
» Hahn. I. p. 56. t. 9. f. 34.
» Herrich-Schaeff. N. E. I. p. 45 et 78.
» Zetterst. J. L. 263. 8. 10.

Var: *Tibialis.* Hahn. I. p. 23. t. 4. f. 14.

Niger, pilosus; pars postica *pronoti* grisea; *hemielytra* apice nigra et in medio corii punctis duobus in nigredine griseo-pallidis; *antennarum* articulus *secundus* basi fuscus aut rufescens; *femoribus anticis* unidentatis; *tibiis tarsis*que fuscis aut rufescentibus.

Long: $2\,^1/_2$ — 3 lin.

Lat: pronoti et abdom: $^3/_5$ — 1 lin.

Habitat sub lapidibus et ad arborum truncos Caucasi et Transcaucasiae.

+ + + *Membrana fusco-pallida; nervis marginibusque fuscis.*

Spec. 52. *Pictus.* Panz. F. G. 120. 5.

» Schill. I. 97. 22. t. 7. f. 1.

» Hahn. I. p. 64. t. 10. f. 39.

» Herrich-Schaeff. N. E. I. p. 45 et 79.

Podagricus. Fall. M. C. S. 70. n. 16.

» » H. S. 24.

Var: *Decoratus.* Hahn. I. p. 139. t. 22. f. 71. var.

Affinis. Schill. B. I. 80. 25.

Niger; *pronoti* lateribus fasciaque baseos testaceis; *hemielytris* testaceis maculis duabus in medio et apice fuscis; *antennis pedibusque* testaceis.

Var: *β.* Fascia *pronoti* basali obscure-ferruginea, maculis *corii* apice tantum nigris; *femoribus* anticis nigris.

Long: $1\,{}^1/_3$ lin.

Lat: ${}^1/_3 - {}^1/_2$ lin.

Habitat sub cortice arborum, sub foliis delapsis in provincia Elisabethopol et Karabagh.

+ + + + *Membrana pellucida, nervis tenuissimis fuscis, albo cinctis, pronoto holosericeo.*

* *Femoribus inermibus.*

Spec. 53. *Rusticus.* Fall. M. C. S. 70. 17.

» » H. S. 64. 25.

» Zetterst. F. L. I. 470. 3.

» Schill. I. 26. t. 7. t. 5.

» Hahn. I. p. 223. t. 36. f. 116. (*Aphanus.*)

» Herrich-Schaeff. N. E. I. p. 46 et 80. (*Aphanus.*)

» Zetterst. J. L. 262. 8. 4.

Var: *Arenarius.* Hahn. I. p. 43. t. 7. f. 27.
(Quinquaginta exemplaribus investigatis transgressum *rustici* in *arenarium* conspexi. Ceterum color in *Pachymeris* niger, fuscus et rufus valde fallax ob pinguedinem. Fallén jam varietatem illam descripsit sub *β*. „*membrana albida fusco-striata*").

Ater, opacus, impresso-punctatus; *hemielytris* fuscescentibus; *membrana* albida; *antennis pedibus*que rufescentibus aut piceis; antennis nonnumquam totis fuscis.

Long: $1^1/_2$ lin.
Lat: $^1/_2$ lin.

Habitat ad radices plantarum Iberiae.

** *Femoribus anticis apice dentato-serratis.*

Spec. 54. *Pedestris.* Fall. M. C. S. 71. 18.
» » H. S. 64. 26.
Sabulosus. Schill. I. 81. 25.
» Hahn. I. p. 224. t. 36. f. 117. (*Aphanus.*)
» Herrich-Schaeff. N. E. I. 46 et 80. (*Aphanus.*)

? Si DD. Fallén et Hahn femora antica rite investigarunt, tunc forsan propter femora armata nova Species. (*prionoides.* mihi.)

Niger, pilosus; *thorace* holosericeo; *hemielytris* brunneis, postice fuscis; *antennis pedibus*que fuscis, *tibiis* luteis, *femoribus* anticis ad medium incrassatis angulatis, versus apicem subtilissime dentato-serratis.

Long: 1 lin.
Lat: $^2/_5$ lin.

Habitat sub cortice et foliis delapsis provinciae Karabagh et Armeniae, nec non Iberiae.

β. Feminae segmenta ventralia bina ultima fissa; corpus depressum, ovatum, antice subacuminatum, membrana nervis quinque solitariis, femora antica crassa, armata.

Genus: PLATYGASTER. Schill.

(A πλατὺς, latus et γαςὴρ, venter.) Herrich-Schaeff. *Pachymerus.* St. Fargeau. *Miris, Lygaeus.* Fabr. *Cimex.* Linn.

Character: Antennarum articulus *primus* crassus, longitudine capitis, *secundus* tenuis longissimus, apice crassior, *tertius* brevior secundo, ast longior primo, apice crassior, *quartus* brevior tertio, ast longior primo; *rostellum* ad acetabula pedum posticorum porrectum, cujus articulus *primus* longitudine capitis, *secundus* longitudine pronoti, *tertius* longior primo, *quartus* omnium brevissimus.

** Paulo depressus; antennarum articulo primo capitis apicem longe superante.*

Spec. 55. *Ferrugineus.* Linn. S. N. 733. 99.
» Schill. I. 82. 1. t. 7. f. 7.
» Herrich - Schaeffer. N. E. I. p. 45 et 80.

Niger, fascia *thoracis* baseos *hemielytris pedibus*que obscure ferrugineis, *antennis* fuscis, articulo *apicali* longissimo. *Caput* impresso - punctatum, opacum; antennis basi apiceque obscurioribus; *pronotum* antice angustato-rotundatum, medio sulcato-depressum, postice dilatatum, angulis posticis tuberculo oblongo; *hemielytron* cinnamomeum aut obscure ferrugineum, *membrana* fusca basi obsolete albida; *venter* fuscus, medio modice dilatatus, modice convexus, *dorso* plano; *pedes* fusci, *femora* antica subtus serrata, denticulo uno ceteris majore.

Long: $2^2/_3$ lin.

Lat: 1 lin.

Habitat in Iberiae sylvis sub Strobilaceorum cortice.

* * *Modice depressus; antennarum articulò primo capitis longitudine.*

Spec. 56. *Marginatus.* m.

Vide: Tab. X. fig. 22.

Rubido - fuscus, profunde grosse punctatus, apterus (absque membrana); *capite* fronte producto, apice obtuso, *antennarum* articulo *apicali* omnium brevissimo; *pronoto* quadrato, antice paulo angustiori, ad latera cum *hemielytris* et *abdomine* luteo marginato; *ventre dorso*que cum *antennis* nigris; *trochanteribus tibiis*que livido-fuscis, *femoribus* nigris basi apiceque luteis, modice crassis.

Long: $2^4/_5$ lin.

Lat: thor: $^3/_5$, abdom: $1^2/_5$ lin.

Habitat sub lapidibus prope urbem Tiflis Iberiae mense jam Februario.

* * * *Valde depressus; antennarum articulo primo capitis apicem vix superante.*

Spec. 57. *Abietis.* Linn. S. N. II. 732, 115.

» » F. S. 969.

» » Mantiss. Ins. II. 307. 290.

Miris abietis. Fabr. E. S. IV. 187. 15.

» » » S. R. 256. 16.

» » Panz. F. G. 92. 22.

» » Schill. I. 83. 2.

» » Herrich - Schaeffer. N. E. I. p. 45 et 80.

» » Berk. S. I. 118.

» » Stew. II. 107.

Miris abietis. Turt. II. 694.
Cimex grossipes. De Geer. Ins. III. 308. 37. t. 15. f. 20. 21.

Pallide cinnamomeus, *capite pronoto* antico *scutello*que nigris; caput cum *antennis* nigrum, nitens, articulo *apicali* longitudine tertii; *pronotum* antice valde coarctatum nigro-nitidum, postice dilatatum luteo-cinnamomeum, margine antico subtilissimo, laterali late luteo; *scutellum* nigrum; *hemielytra* cinnamomea, versus clavum et apicem fusco-cinnamomea, crebre punctata; *membrana* fusco-lutescente, prominente; *pedes* pallide-rufi, *femora* antica nimis crassa bidentata; *abdomen* rufo-fuscum, deplanatum.

Long: $3^1/_5$ lin.
Lat: thor: postici 1, abdom: $1\,^1/_3$ lin.

Habitat sub cortice arborum, praeprimis Pini, in Caucaso.

γ. Feminae segmenta ventralia quatuor ultima fissa.

1. *Abdominis lateribus prominulis.*

Genus: HETEROGASTER. Schill.

(Ab ἕτερος, alter et γάςὴρ, venter). Hahn. Curtis. *Stenogaster.* Hahn. (a ςενὸς, η, ὀν, angustus). *Phygas.* Fieber. in litt. (a φυγὰς, αδος α φυγὴ, fuga, fugitivus). *Lygaeus.* Fabr. Fall.

Character: Forma oblonga; *caput* protractum; *antennae* capite cum thorace vix longiores, quarum articulus *primus* brevis et crassus, *secundus* omnium longissimus, *tertius* brevior, *quartus* longitudine tertii; *rostellum* ad acetabula pedum intermediorum protractum, articulo *primo* crasso capitis longitudinem vix attingente, *secundo*

longiore et tenuiore, *tertio* breviore primo, *quarto* breviore tertio; *ocelli* modici; *hemielytra* nervis duobus longitudinalibus et breviori apicali, intermedio cum lateralibus juncto; *membrana* nervis quatuor rectis, cellulis tribus, tertia incompleta; *femoribus* anticis crassioribus.

* *Femoribus inermibus.*

\+ *Antennarum articulo secundo nigro.*

Spec. 58. *Bicolor.* m.

Vide: Tab. IX. fig. 16.

Niger, pronoto postico hemielytrisque griseo- aut viridi - luteis.

Pronotum quadrangulare, antice angustius, angulis subacutis, dimidio antico nigro, punctato-rugoso, griseo-piloso, dimidio postico et *hemielytris* viridi - flavis, profunde nigro - punctatis, nigredine pronoti antici in medium disci postici appendicem acutum formante; *scutellum* punctato-rugosum, nigrum, apice sursum flexo flavo; *membrana* albida; *venter* niger griseo - pilosus, medio rufus, segmentis ante maculam rufam flavo - marginatis, margine externo in dorso nigro - maculato, infra flavo - maculato; *antennarum* articuli omnes nigri, *primo* apice, *tertio* et *quarto* basi paululum luteis; *femoribus* nigris apice flavis; *tibiis* flavis basi et apice nigris; *tarsis* flavis apice infuscatis.

Long: 3 lin.

Lat: $1^1/_5$ lin.

Habitat in Labiatis Transcaucasiae et Caucasi.

\+ + *Antennarum articulo secundo luteo.*

⊙ *Pronoto concolori.*

Spec. 59. *Coronillae.* m.

Vide: Tab. IX. fig. 17.

Niger, pronoti margine postico et hemielytris griseo-fuscis.

Caput, pronotum et *scutellum* nigrum, punctato-rugosum; *pronotum* quadrangulare, antice angustius, angulis subacutis; *hemielytra* subtiliter punctata, griseo-pilosa, versus membranam nigrescentia; *membrana* albida, macula oblonga in medio areae fusca; *venter* niger griseo-pilosus, margine externo etiam in dorso flavo-maculato; *antennarum* articulus *primus* basi niger, apice luteus, *secundus* basi paulo niger, ceterum luteus, *tertius* luteus, basi paululum niger, et annulo lato nigro apicali, *quartus* basi paululum niger, annulo ante basin luteo, supra dimidium fuscus, apice lutescente; *femora antica* nigra, apice lutea, *reliqua* lutea, versus apicem annulo nigro; *tibiae* luteae, basi nigrae; *tarsi* lutei, apice nigrescentes.

Long: $2^1/_2$ lin.

Lat: $^4/_5$ lin.

Habitat in Coronillis Caucasi.

⊙ ⊙ *Pronoto bicolori.*

Spec. 60. *Waltlii.* m.

Vide: Tab. IX. fig. 18.

(In honorem Entomologi Bavariae D'. Doctoris Waltl denominatus).

Nigro-griseoque variegatus, profunde-punctatus.

Caput nigrum, regione praeorbitali lutea; *pronotum* quadrangulare transversum, angulis rotundatis, fusco-flavum, disco nigricante, postice obsolete longitudinaliter nigro-vittatum; *scutellum* nigrum apice luteo; *hemielytra* griseo-flava hinc inde obsolete nigro-maculata versus membranam nigrescentia; *membrana* albida; *sternum* et *scapulae* nigrae, flavo-limbatae, *acetabula* luteo-maculata; *venter* niger ad margines late flavo-maculatus,

segmento tertio postice rufo-marginato, segmentis tribus posticis rufescentibus; *dorsum* margine nigro-maculato; *antennarum* articulus *primus* ad dimidium niger, apice luteus, *secundus* basi tantum nigrescens, *tertius* et *quartus* niger; *femora* nigra annulis et maculis inaequalibus luteis; *tibiae* luteae annulis tribus aut maculis fuscis, *tarsi* lutei.

Long: $2^3/_5$ lin.

Lat: 1 lin.

Habitat in Teucriis et Marrubiis Caucasi et Transcaucasiae.

2. *Abdominis lateribus et apice membrana prominula obtectis.*

Genus: CYMUS. Hahn.

(A *κῦμα*, unda). *Eurycephalus.* Laport. (ab *εὐρυς*, latus et *κεφαλή*, caput). *Kleidocerys.* Westwood. (*κλῄς*, *ιδος*, jonic. pro *κλεὶς*, clavis. *Heterogaster.* Schill. Herrich-Schaeff. *Lygaeus.* Fallén.

Character: Forma oblongo-ovalis; *hypopygio* subtrilobo, truncato, *antennarum* articulo *primo* brevi et crasso, *secundo* et *tertio* longitudine fere aequalibus et tenuioribus, *quarto* cylindrico longiori crassiorique primo; *rostellum* ad acetabula pedum posticorum porrectum, cujus articulus *primus* crassus longitudine secundi tenuioris, *tertius* brevior, *quartus* omnium brevissimus; *hemielytra* nervis duobus solitariis paulo flexis; *membrana* nervis 6 vel septem solitariis, flexis, absque cellulis.

a. *Fronte in spinas obtusas binas partita.*

Spec. 61. *Origani.* m.

Vide: Tab. X. fig. 19.

Niger; capite, thorace et *scutello* nigris, punctato-rugosis; *pronoto* oblongo-quadrangulari, antice angustiori, angulis subacutis, antice toro transverso; *hemielytra*

grisea, margine corii postico nigricante; *membrana* albida; *venter* niger, parallelus, postice truncatus; *antennarum* articulus *secundus* fulvus, basi nigrescens, *ceteri* nigri; *femora* nigra, apice fulva, *antica* unidentata; *tibiae* fulvae.

Long: 1 3/5 lin. cum membrana 1 4/5 lin.

Lat: abdom: 2/5, cum hemielytris 3/5 lin.

Habitat in Origano vulgari et normali Transcaucasiae et Caucasi.

b. *Fronte in spinam subrotundam producta.*

α. *Antennarum articulo apicali testaceo, fronte bisulcata.*

Spec. 62. *Saturejae.* m.

Vide: Tab. X. fig. 20.

Supra griseo-testaceus, subtus nigrescens; *capite* testaceo, longitudinaliter bisulcato; *pronoto* quadrangulari, antice angustiori, testaceo, obscure quinque-costato, punctato, in medio bituberculato, tuberculis nigris; *hemielytra* maculis binis costalibus, binisque apicalibus; *membrana* albida; *scutello* profunde punctato, nigro, margine testaceo; *antennis* totis, *coxis, pedibus margineque abdominis* testaceis.

Long; 1 1/5 lin.

Lat: 2/3 lin.

Habitat in Satureja mutica Transcaucasiae.

β. *Antennarum articulo apicali nigro.*

Spec. 63. *Claviculus.* Fall. M. C. S. 64. 4.
» Schill. I. 90. t. 8. f. 6.
» Gmr. Faun. 10. 12.
» Hahn. I. p. 77. t. 12. f. 44.
» Herrich-Schaeffer. N. E. I. p. 46 et 80.

Lygaeus Caricis. Fallén. H. S. 5.
Cymus glandicolor. var. Hahn. I. p. 79. t. 12. f. 45.

Glandicolor, variolosus; *oculis* nigris; *antennarum* articulis tribus testaceis; *pronoto* oblongo-quadrangulari, *scutello* et pronoto antico medio costato; *hemielytris* apice fuscis, margine depressis.

Long: $1^2/_5$ lin.
Lat: $^1/_2$ lin.

Habitat ad radices Labiatarum Caucasi.

γ. *Antennis basi apiceque nigris.*

Spec. 64. *Resedae.* Panz. F. G. 40. 20.
» Schill. I. 89. t. 8. f. 5.
» Herrich-Schaeff. N. E. I. 46 et 81.
Lygaeus didymus. Fall. H. S. 50. 4.
» » » Suppl. M. C. 7.
» » Zetterst. Act. Holm. 1819. 71.
(Sub Genere *Apocopsis*? ab *ἀποκόψω*, abscindo, ni fallor, in uno altero-ve museo occurrit).

Cinnamomeus; *hemielytris* punctis duobus mediis, quatuor marginis postici fuscis; *antennis* nigris, articulis intermediis rufis, apice nigrescentibus; *abdomen* hemielytris membranaque multo brevius; *pedes* ferruginei; *tarsi* nigri.

Long: 2, cum membrana $2^1/_2$ lin.
Lat: $^4/_5$, cum membrana $1^1/_5$ lin.

Habitat in Cruciferis Georgiae Caucasicae.

c. *Fronte in spinam truncatam producta.*

Spec. 65. *Hyrcanicus.* m.
Vide: Tab. X. fig. 21.

Testaceo-ferrugineus; scutello bituberculato; antennis pedibusque testaceis; membrana paulo prominula albida.

Caput obscure bituberculatum; *fronte* bisulcata, testacea; *oculis* fuscis; *ocellis* luteis; *pronotum* transverse-quadrangulare, punctato-rugosum, antice angustius, marginibus externis arcuatis, rotundatis, in disco bituberculatum ferrugineum, postice nigricans; *scutellum* punctato-rugosum, nigrum, basi tuberculis modice elevatis testaceis aut rufescentibus; *hemielytra* in corio rufa, *clavo* testaceo, subpellucido, apice fusco-maculata aut nigrescentia; *abdomen* testaceum, margine fusco-maculato; *antennarum* articulus *quartus* apice fuscus.

Long: $1^1/_5$ lin.

Lat: $^3/_5$ lin.

Habitat in Teucrio cano et Hyrcanico provinciarum Karabagh et Elisabethopol (Gandscha).

b. *Caput cum oculis thorace latius.*

Genus; GEOCORIS. Fallén. H.

(A *γέα*, terra et *κόρις*, cimex.) Herrich-Schaeffer. *Ophthalmicus.* Schill. Hahn. Fieber. (Ab *όφϑαλμικὸς*, ocularius). *Lygaeus.* Fall. M. *Salda.* Fabr. S. *Acanthia.* Fabr. E. *Cimex.* Linn.

Character: Antennae ab oculis remotae, longitudine capitis cum thorace et dimidio scutelli, quarum articulus *primus* brevis et crassus, *secundus* tenuior omniumque longissimus, *tertius* brevior secundo, *quartus* longitudine tertii, cylindricus et incrassatus; *rostellum* ad acetabula pedum posticorum porrectum, articulo *primo* longitudine capitis, *secundo* breviori, *tertio* et *quarto* paulo longiori et tenuiori; *hemielytra* nervis vix conspiciendis simplicibus; *membrana* lata prominula, paulo convexa, parallelinervis; *trochanteres* prominuli; *pedes* pilosi, *femora an-*

tica crassiora et breviora intermediis, *postica* tenuiora et longiora intermediis; *tibiae anticae* breves apice crassiores, *intermediae* longiores anticis, breviores posticis, cum posticis apice non crassiores; *hypopygium maris* rotundum, *feminae* fissum cum segmento adjacente.

Spec. 66. ♂ *Angularis.* Fieber. Ent. Monog. p. 118. n. 8. t. X. f. 1.

♀ *Siculus.* Fieber. Ent. Mon. p. 117. n. 7. t. IX. fig. 27.

Vide: Tab. X. fig. 23.

Clavo distincto in sutura mobili; pronoto trapeziformi; niger, profunde-punctatus; pronoto ad angulos posticos luteo; membrana hyalina.

Caput nigrum, antice luteum, *hypostomate* rufo, *fronte* sulcata; *oculis* nigris, rufo-marginatis; *antennis* nigris, articulo *quarto* rufo; *rostellum* nigrum; *pronotum* trapeziforme nigrum, paulo convexum, antice utrinque callo transversali impunctato, ante callum tenuiter luteo-marginatum vel etiam in medio macula lutea, margine postico late luteo ad angulos externos posticos dilatato in maculas tri-aut quadr-angulares; *pro-* et *episterno* nigro; *hemielytra* testacea subpellucida, corio pone clavum biseriatim profunde punctato, clavo et margine corii externo serie una punctorum, apice corii obsolete accumulate punctato; *abdomen* nigrum, nitidum; *trochanteres* testaceo-albidi; *pedes* testacei *femoribus* paulo infuscatis.

Varietas: *Scutello* toto nigro et *pronoto* antice non luteo marginato.

Long: $1^1/_3$—$1^4/_5$ lin; cum membrana etiam 2 lin.

Lat: 1 lin.

Habitat in arenosis vepreculis provinciae Karabagh, Transcaucasiae.

III. *Antennae setaceae, pone oculos insertae, hemielytra cum appendice, ocelli minimi*).*

C. Membrana cellulis duabus.

Vide: Tab. IV. *E. v. χ. χ.*

CAPSINI. Burm.

vel

ASTEMMITES. Laporte.

(Ab ἀ priv. et ϛέμμα infula).

A. *Caput longius ac latius, horizontale; oculis vix prominulis.*

Genus: MIRIS. Fabr.**)

Fall. Zetterst. Latr. Hahn. Wolff. Herrich-Schaeffer. Curtis. Meyer.

(A μυρὶς, ιδος, ἡ (a μυρον), vas aut ampulla unguentaria? verosimilius autem a μύρος, ου, ὁ, myrus (piscis) cum dentibus). *Stenodema.* Laport. (a ϛενὸς, angustus et δέμας, corpus). *Capsus.* Gmr. fn. *Cimex.* Linn.

Character: Pronotum horizontale; *forma* oblonga, linearis; *antennae* ante oculos in margine epicranii et hypostomatis insertae, longitudine totius fere corporis, articulo *primo* crasso, curvo, hispido aut rugoso, *secundo* omnium longissimo, *tertio* dimidio breviore, tenuiore, *quarto* tenuissimo; *rostellum* ad acetabula pedum inter-

*) Sub microscopio pro corporibus opacis constructo ocelli pone et retro oculos conspici possunt. Ocelli in CAPSINIS numquam nigri a me visi; semper enim pellucidi, hinc in capite pallido difficillimi visu. Facilius conspiciendi in lamella epicranii a reliquis capitis partibus separata. Kolenati.

**) Secundum antennas genus *Miris* ad *Coreides* pone *Rhopalum* spectat. Majori jure Systema commutandum esset ita, ut *Rhopalus* transitum faciat ad *Mirides.* Kolenati.

mediorum porrectum, articulo basali reliquis duplo crassiori apice nodoso; *hemielytra* nervis duobus ad apicem divergentibus; *pedes* intermedii brevissimi, postici longissimi.

1. *Femora postica apice dentata.*

Spec. 67. *Calcaratus.* Fall. M. C. S. 5.
» » H. S. 131. 5.
» Zetterst. I. 502. 3.
» Hahn. III. pag. 39.
» Herrich-Schaeff. N. E. I. 47 et 81.
» Meyer. I. 34. 1.
Dentata. Hahn. I. p. 15. t. 2. f. 8.

Viridis aut flava, etiam fusca; *pedibus* fusco irroratis, *femoribus* posticis dentibus ante apicem duobus inaequalibus.

Long: 3—3 $^3/_4$ lin.
Lat: $^3/_5$ lin.

In pratis herbidis Caucasi et Transcaucasiae, usque ad alt: 1000 hexapodum.

2. *Femora inermia.*

a. *Femora postica linearia.*

α. *Antennarum articulo primo thoracis longitudine, longe-piloso.*

Spec. 68. *Erraticus.* Linn. F. S. 961.
» Fall. M. C. S. 111. 6.
» » H. S. 132. 6.
» Zett. Adnot. 4.
» Hahn. II. p. 78. t. 54. f. 163. ♂. 164. ♀.
» Herrich-Schaeffer. N. E. I. p. 47 et 81.
» Imhoff. 56.

Erraticus. Meyer. I. 34. 2.
Quadrilineatus. Schrank. F. b. II. 1. 95. 1164.
♀ *Hortorum.* Wolff. IV. 156. 154. t. 16. f. 154.

Flavo-rufa aut fusca; *fronte* fere bipartita sursùm flexa, in medio *thoracis* disci linea viridi elevata, *pedibus* fusco adspersis.

Long: $3^3/_4$ lin.
Lat: 3 lin.

Habitat in graminosis locis Caucasi.

β. Antennarum articulo primo thorace longiore, hispido.

Spec. 69. *Caucasica.* m.
Vide: Tab. XI. fig. 25.

Nigro-virescens; *capite* nigro, *fronte* producta, apice recta et truncata; *antennae* corpore longiores, articulo *primo* nigro, longitudine capitis cum thorace, dense hispido, *reliquis* profunde ferrugineis; *rostellum* testaceum apice nigro; *pronotum* nigrum antice rugulis transversis, marginibus lateralibus viridibus; *scutellum clavus*que hemielytrorum niger; *corii* apex niger aut fuscus, latera viridia; *appendix* semper viridis; *membrana* in medio nigro-fusca, ad latera fusca; *abdomen* nigrum; *femora antica* infra nigra, supra viridi-lutea, fusco-irrorata, apice nigra; *intermedia* viridi-lutea, fusco-irrorata, apice fusca; *postica* basi viridi-lutea, fusco-maculata, ceterum nigra; *tibiae anticae* et *intermediae* viridi-luteae, fusco-pilosae, basi nigrescentes, *posticae* basi nigrae, ceterum fuscae nigro-pilosae; *tarsi* pedum anticorum viridi-fusci, posticorum fusco-nigri.

Long: $3^3/_4$ lin.
Lat: $^3/_5$ lin.

Habitat in pratis Caucasi et Transcaucasiae.

b. Femora postica subclavata.

α. Antennarum articulo primo longe piloso.

+. *Antennae corpore parum breviores, articulo primo thorace parum breviore.*

Spec. 70. *Laevigatus.* Linn. S. N. II. 730. 101.
» De Geer. III. 292. 30.
» Geoff. I. 452. 26.
» Schrank. E. J. A. 558.
» Fabr. E. S. IV. 184. 2.
» » S. R. 253. 2.
» Schrank. F. b. II. 1. 95. 1163.
» Wolff. Jc. C. I. f. 36.
» Fall. M. C. S. 109. 4.
» » H. S. 130. 4.
» Zetterst. F. J. L. I. 501.
» Herrich - Schaeffer. N. E. I. p. 47 et 81.
» Burmeister. H. II. 265. 1.
» Hahn. III. p. 43. t. 85. f. 259.
» Zetterst. J. L. 280. 19. 2.
» Meyer. I. 35. 3.
Testaceus. Scop. E. C. 135. 393.
Virens. Hahn. II. p. 79. t. 54. f. 165.

Viridis, fusca aut luteo-rufa; *capite* prolongato, *fronte* tripartita; *hemielytrorum* margines interni tecti instar conniventes, externi pallidiores; *membrana* luteo- aut rufo-nervosa; *pedibus* testaceis fusco-conspersis.

Long: 4 lin.

Lat: $^{4}/_{5}$ lin.

Habitat in pratis herbidis Caucasi et Iberiae.

+ +. *Antennarum articulus primus thorace multo brevior.*

Spec. 71. *Virens*. Linn. S. N. II. 730. 102.
» Fabr. E. S. IV. 185. 6.
» » S. R. 254. 7.
» Wolff. 2. 78. 75. t. 8. f. 75.
» Hahn. III. p. 42. t. 85. f. 257.
» Herrich-Schaeff. N. E. I. p. 47 et 82.
» Meyer. I. 35. 4.
Laevigatus. Hahn. II. p. 76. t. 53. f. 161.
Ruficornis. Hahn. II. p. 135. t. 71. f. 220. (absque citato.)

Viridis; *fronte* prolongata; *hemielytris* planis, *clavo* tectiformi; *membrana* viridi-nervis; *antennarum* apice rufo; *pedibus* viridibus, vix conspersis.

Long: $3^3/_4$ lin.
Lat: $^3/_4$ lin.

Habitat in pratis Caucasi.

β. Antennarum articulo primo subnudo.

Spec. 72. *Holsatus*. Fabr. E. S. IV. 184. 4.
» » S. R. 254. 4.
» Fall. M. C. S. 7.
» » H. S. 132. 7.
» Zetterst. F. J. L. I. 504. 4.
» Herrich-Schaeff. N. E. I. p. 47 et 80.
» Burm. H. II. 265.
» Herrich-Schaeff. III. p. 41. t. 85. f. 256.
» Meyer. I. 36. 5.
Albidus. Hahn. II. p. 77. t. 53. f. 162.

Viridi-lutescens aut fusco-lutea; *hemielytris* extus pallidioribus, *fronte* protracta apice rotundata, *membrana* fusco-nervosa, *pedes* lutei fusco annulatim conspersi.

*

Long: 3 lin.
Lat: $^3/_4$ lin.

Habitat in pratis herbidis Caucasi et Iberiae usque ad alt: 1000 hexapodum.

B. Caput latius ac longum, antice declive, oculis prominulis.

1. *Thoracis latera acute elevato-marginata.*

Genus: LOPUS. Hahn.

Herrich-Schaeffer. Meyer.

(A λοπὸς, cortex.) *Polymerus.* Hahn (a πολυς, multus et μέρος, εος, adjumentum, propter appendicem hemielytri; aut a μηρὸς, ου femur, per metaplasmum pro μηροι.)

Physus. Hahn. (a φυσόω, φυσαω, inflo sive φύω, fut. φύσω, produco, ultimum verosimilius.) *Capsus.* Fabr. R. *Lygaeus.* Fab. E. *Cimex.* Linn. Geoffr. Wolff.

Character: Antennarum articulus *primus* brevis, paulo crassior, *secundus* tenuior et longissimus, *tertius* dimidii secundi, *quartus* tenuissimus paulo longior primo; *rostelli* articulus *primus* crassus et longus, *reliqui* crassitie et longitudine decrescentes; *caput* longitudine pronoti dimidii antici; *hemielytra* nervis duobus simplicibus rectis, externo et altero medio; *membrana* cellulis duabus; *abdomen* cum elytris nimis longum quoad thoracem et caput.

Spec. 73. *Gothicus.* Linn. S. N. II. 726. 72.
» Mantiss. J. 2. 305. 271.
» Geoffr. I. 445. 19.
» Panz. F. G.
» Schaeff. Jc. t. 13. f. 5.
» Fabr. E. S. IV. 180. 162.
» » S. R. 244. 20.

Gothicus. Wolff. I. 33. t. 4. f. 33.
» Hahn. I. p. 12. t. 2. f. 5.
» Herrich-Schaeff. N. E. I. p. 47 et 84.
» Burm. II. 271.
» Meyer. I. 41. 5.

Cimex superciliosus. Linn. S. N. I. 728. 85.
Capsus flavo-marginatus. Danovan. VII. pl. 245.

Epicranium sine impressione in clypeum transit declive. *Hirtus, niger; pronoti* et *elytrorum* margine laterali cum *appendice* miniaceo; *pedibus* nigris, *tibiis* in medio rufescentibus.

Long: $2^{3}/_{4}$ lin.
Lat: 1 lin.

Habitat in Urticis Caucasi.

2. *Thoracis latera immarginata.*

A. *Pronoti pars antica dimidio angustior postica; antennarum articulus primus capite longior.*

a. *Pronotum medio antico impressione transversa coarctatum, modice convexum.*

Genus: POLYMERUS. Hahn.

(A πολυς multum et μέρος pars). *Cyllocoris.* Hahn. (In discriptionibus est *Cyllecoris,* in tabulis *Cyllocoris.* Scheckwanze. Si secundum significationem Scheckwanze formatum est, tunc derivari nequit, nisi a κηλις, ιδος, macula et κορις et *Kelidocoris* scribendum esset. Cyllecoris et Cyllocoris Krummwanze derivandum a κυλλος, η, ον, curvus et κορις; *Cillocoris* Eselswanze derivandum a κιλλος, ου, asinus et κορις.)

Capsus. Herrich-Schaeffer. *Phytocoris.* Herrich-Schaeff. *Capsus.* Fabr. Fall. Meyer. *Lygaeus.* Fabr. Fall. *Cimex.* Linn. *Gerris.* Wolff.

Character: Forma oblonga, angustata; *hemielytra* cum abdomine quoad caput et pronotnm nimis, plus quam duplo; longiora; *oculi* a pronoto remoti; *pronoti* dimidium anticum in forma colli contractum; *antennae* longitudine insecti, quarum articulus *primus* crassitie superat secundum, longitudine tertii, *secundus* apice paulo incrassatus duplo longior primo, *quartus* tenuissimus; *hemielytra* nervo unico extrorsum flexo; *membrana* nervo uno cellulam unam formante; *femora* intermedia anticis, postica intermediis longiora; *tibiae* longiores femoribus.

α. Nudi.

**. Tibiis inermibus.*

Subgenus: KELIDOCORIS. m.

+. *Scutello albido.*

Spec. 74. *Histrionicus.* Linn. S. N. 728. 89.
» Geoffr. 453. 335.
» Schrank. En. J. 550.
» Herrich-Schaeff. N. E. I. p. 48. et 84.
» Meyer. I. 90. 75.
Agilis. Fabr. E. S. IV. 182. 170.
» » S. R. 247. 31.
» Wolff. 4. 150. 147, t. 15. f. 147.
» Fall. M. C. S. 100. 9.
» » H. S. 120. 10.
» Hahn. II. p. 98. t. 60. f. 182.

Atro-rufo-alboque variegatus, nitidus; pronoto nigro, margine postico late, antico tenuiter flavo; *hemielytra membrana* fusca; *antennarum* articulo *primo pedibus*que ferrugineis.

Var: *Antennis* totis nigris.

Long: 3¹/₅ lin.
Lat: ⁴/₅ lin.

Habitat in regione dumetosa Caucasi usque ad 700 hexapod.

++. *Scutello nigro.*

Spec. 75. *Flavomaculatus.* Panz. F. G. 92. 16.
» Fabr. E. S. IV. 182. 169.
» » S. R. 247. 30.
» Wolff. III. 114. 108. t. 11. f. 108.
» Fall. M. C. S. 100. 8.
» » H. S. 120. 9.
» Hahn. III. p. 10. t. 76. f. 235.
» Herrich-Schaeffer. N. E. I. 48 et 84.
» Meyer. I. 91. 76.
Quadriflavomaculatus. De Geer. III. 295. 34.

Niger, opacus; hemielytris maculis duabus flavis, apice nigris; *antennarum* articulo *primo, pedibus*que ferrugineis.

Long: 2 lin.
Lat: ³/₅ lin.

Habitat in pratis provinciae Karabagh, transgressum format in *distiguendum.* Herrich-Schaeffer.

** *Tibiae spinis brevibus.*

Subgenus: CYLLOCORIS. Hahn.

+. *Antennis variegatis.*

Spec. 76. *Striatus.* Linn. S. N. II. 730. 105.
» » Faun. Sv. 960.
» Petiver. Gazoph. N. et A. t. 26. f. 1.
» De Geer. III. 290. 29. t. 15. f. 14. 15.
» Sulzer. Abg. Gesch. t. 10. f. 15.
» Geoffr. I. 454. 38.

Striatus. Schaeff. Jc. t. 13. f. 4.
» Panzer. F. G. 93. 22.
» Fabr. E. S. IV. 186.
» » S. R. 255. 15.
» Schrank. F. b. II. 1. 90. 1147.
» Wolff. 37. t. 4. f. 37.
» Fall. M. C. S. 37.
» » H. S. 14.
» Hahn. II. p. 134. t. 71. f. 219.
» Herrich-Schaeff. N. E. I. 48 et 87.
» Imhoff. 58.
» Meyer. I. 94. 80.

Nigro, ferrugineo testaceoque variegatus, striatus; pronoti basi et medio disci luteis; *scutello* luteo, lineola media longitudinali basi lateribusque nigris; *hemielytris* fuscis, flavo striatis, *appendice* aurantiaco; *membrana* fusca; *antennarum* articulo *primo* rufo, apice summo nigro, *secundo* nigro-fusco, basi rufo, *tertio* basi luteo aut albido ceterum rufo et fusco; *pedibus* ferrugineis.

Long: $4\,^1/_2$ lin.
Lat: $1\,^1/_3$ lin.

Habitat in fruticibus Caucasi.

++. *Antennis nigris.*

Spec. 77. *Caricis.* Fall. M. C. S. 102. 14.
» » H. S. 123. 15.
» Hahn. II. p. 100. t. 60. f. 184.
» Herrich-Schaeff. N. E. I. 52 et 83.
» Meyer. I. 85. 66.

Plures transgressus format in:

Ambulantem. Fall. M. C. S. 18.
» » H. S. 20.
» Zetterst. Ins. Lapp. 7.

Ambulantem. Herrich-Schaeff. III. p. 109. t. 108. f. 335—337.
» » N. E. I. p. 82.
» Meyer. I. 86. 7. 6.
Rufifrons. Fall. M. C. S. 105. 19.

Niger, *pedibus* flavis; *hemielytris* in *mare* hyalinis, puncto costali ad basin et apicem *appendicis* fusco aut nigro, in *femina* luteo-fuscis praeter *cunei* nigredinem apicalem et basalem nervo medio et externo *corii* fusco-nigro; *antennarum* apice fusco.

Long: 2 lin.
Lat: 1/2 lin.

Habitat in locis graminosis Caucasi.

+++ *Antennis rufis.*

Spec. 78. *Luridus.* Fall. M. C. S. 94. 78.
» » H. S. 112. 69.
» Herrich-Schaeff. III. p. 87. t. 101. f. 312.
» » N. E. I. 53 et 85.
» Meyer. I. 109. 101.

Testaceus aut *kermesinus subnitidus; antennis* ferrugineis; *pedibus* testaceis; *hemielytris* testaceis, hyalinis.

Long: 1 1/2 lin.
Lat: 1/2 lin.

Habitat in locis graminosis Caucasi.

β. Subpubescentes.

Subgenus: LOPHYRUS. m.

(A λόφος, cervix, λόφυρος, cervix insignis.)

*. *Capite lineola frontali lutea, pronoto longiori ac lato.*

Spec. 79. *Meyeri.* m.
Vide: Tab. XI. fig. 26.

(In honorem D^r. L. R. Meyer, Hemipterologi Helvetiae, qui Capsinorum monographiam edidit, denominata.)

Nigra; supra viridi-flava vel sulphurea et nigro-picta. *Caput* nigrum nitidum, lineola tenuissima longitudinali lutea, *pronotum* antice in collum coarctatum, capite angustius, impressionibus semilunaribus, postice vix dimidio latius, sulphureum, vittis duabus longitudinalibus nigris, conicis, quarum basis usque ad marginem posticum tendit, apex autem coarctatus iterumqne in maculam orbicularem dilatatus marginem anticum non attingit; *episternum* sulphureum, maculis duabus nigris; *scutellum* sulphureum, basi nigrum; *hemielytra* cum *appendice* sulphurea, *clavo*, maculaque in medio *corii* triangulari nigris, triangulo apice acuto antrorsum verso; *membrana* nigro-fusca; *antennae pedes*que rufo-fusci aut nigri; *venter* niger, segmentis nonnumquam subtilissime luteo marginatis.

Long: $3^3/_4$ lin.
Lat: $1^1/_5$ lin.

Formosissima Capsinorum species habitat in Umbelliferis prope pagum Tschaikaent ad fluvium Kjuraktschai territorii Airum provinciae Karabagh Transcaucasiae et in pratis subalpinis montium ejusdem territorii Kaepes- et Muroff-Dagh.

* * *Capite lineolis supraorbitalibus luteis, pronoto aeque longo ac lato.*

Spec. 80. *Sexguttatus.* Fabr. E. S. IV. 174. 139.
» » S. R. 237. 172.
» Fall. M. C. S. 43.
» » H. S. 86. 20.
» Herrich-Schaeff. N. E. I. 48 et 87.

Sexguttatus. Herrich-Schaeff. III. p. 77. t. 98. f. 295.
» Meyer. I. 92. 77.

Niger; supra aurantiaco-luteus et nigro-fuscoque pictus.

Caput nigrum, nitidum, regionibus orbitalibus luteis; *pronotum* antice angustius, postice dimidio latius, aurantiacum, vittis duabus longitudinalibus conicis nigris, quarum basis usque ad marginem posticum tendit, apex in maculam semi-orbicularem in alteram confluentem marginem anticum non attingit; *episternum* nigrum; *scutellum* aurantiacum, basi nigrum; *hemielytra* aurantiaco-lutea, *clavo* basi luteo ceterum nigro-fusco, *corio* macula media obsolete triangulari alteraque externa minori nigro-fusca, *appendicis* apice nigro-fusco; *membrana* fusco-pallida, *cellula* fusca; *antennae* fuscae, *pedes* pallide-fusci aut fusco-testacei; *venter* niger, segmentis tenuissime aurantiaco-marginatis.

Long: $3^1/_2$ lin.
Lat: 1 lin.

Habitat in pratis subalpinis Caucasi.

γ. Hemielytri margine externo ciliato.

Subgenus: BLEPHARIDOPTERUS. m.

(A *βλεφαρις, ιδος,* cilium et *πτερον, ου,* ala.)

**. Luridus, pronoto gibboso.*

Spec. 81. *Collaris.* Fallén. M. C. S. 103. 18.
» » H. S. 125. 19.
» Hahn. II. p. 120. t. 66. f. 203.
» Herrich-Schaeff. N. E. I. 48 et 83.
» Meyer. I. 83. 63.
Gerris errans. Wolff. Jc. C. fig. 155.

Thorace angustato, antice gibbo dupplicato; *hemiely-*

tris luridis, fusco-punctatis nervis nigrescentibus et maculatis, *appendice* postice nigro; *femoribus* nigro- aut fusco-maculatis.

Long: 2 lin.
Lat: 1/2 lin.

Habitat in pratis Caucasi et Transcaucasiae.

**. *Viridi-nitens, pronoto transversim sulcato.*

Spec. 82. *Angulatus.* Fall. M. C. S. 76. 32. ♀.
» » H. S. 8.
» Zetterst. F. J. L. I. p. 487. n. 5.
» » J. L. p. 272. n. 6.

Viridis, *elongatus*, *laevis*, pilis nigris ad latera corii obsitus; *pronoti* angulis posticis apice nigris; *antennarum* articulo *primo* apice albido; *membrana* hyalina, nervo aeruginoso.

Long: 2—2 1/3 lin.
Lat: 1/2 lin.

Habitat in Betulis, Loniceris et Salicibus Caucasi alpium, rarus.

***. *Viridis, opacus, pronoto valde declivi ad marginem anticum coarctato.*

Spec. 83. *Bimaculatus.* Hoffsgg. Herrich-Schaeff. N. E. I. 51 et 82. (Mus. Berol.)
» » Herrich-Schaeff. VI. p. 48. t. 169. f. 607.

Viridis nigro-pilosus; pronoti maculis binis mediis singulaque humerali, *scutello* lineola, *hemielytris* strigis obsoletis, *appendicis* apice *nigris; membrana* fusco-maculata; *pedibus antennis*que viridi - ferrugineis, antennarum articulorum apicibus fusco - nigris.

Long: $3^1/_2$ lin.
Lat: 1 lin.

Habitat in Celtide caucasica provinciae Elisabethopol.

B. *Antennarum articulus primus capite vix longior.*

b. Pronotum convexum, impressione in medio antico levi, antennarum articulo secundo apice incrassato.

Genus: PHYTOCORIS. Fallén.

(A φυτὸν, planta et κορίς, cimex.) Hahn. Herrich-Schaeff. *Poecilosoma.* Steph. (a ποικίλος, variegatus et σῶμα, corpus.) *Pilophorus.* Hahn. (a πῖλος, pilus et φορέω, fero.) *Lygus.* Hahn. *Polymerus.* Hahn. *Capsus.* Fabr. Hahn. Herrich-Schaeff. Meyer. *Lygaeus.* Fabr. *Cimex.* De Geer.

Character: Forma oblongo-ovalis; *hemielytra* cum *abdomine* capite cum pronoto vix duplo longiora; *oculi* pronoto quam maxime approximati; *pronoti* dimidium anticum sensim coarctatum; *antennae* vix longitudine insecti; quarum articulus *primus* crassior secundo, brevior tertio, *secundus* tenuior apice tantum crassior, plus quam duplo longior primo, *quartus* tenuissimus; *hemielytra* binervia; *membrana* binervis, *cellulis* duabus; *femora intermedia* anticis longiora et crassiora, *postica* longiora et crassiora intermediis; *tibiae* femoribus valde longiores.

α. Pronoti margine postico subrecto. Omnes planiusculi.

**. Antennarum articulo secundo apice modice incrassato; variegatus.*

Spec. 84. *Fulvomaculatus.* De Geer. Ins. III. 294. 33.
» Fall. M. C. S. 46.
» » H. S. 88. 24.
» Zetterst. F. L. I. 489. 9.

Fulvomaculatus. Herrich-Schaeff. III. p. 50. t. 87. f. 267. ♂. III. p. 81. t. 99. f. 302. ♀.
» Herrich-Schaeff. N. E. I. 48 et 84.
» Zetterst. J. L. 273. 16. 10.
» Meyer. I. 96. 84.

Rufo-brunneus, aureo-pilosus, *pronoto* obscure fusco-maculato, *hemielytris* fusco-pallidis aut pallide-coccineis, *appendice* luteo apice nigro, *membrana* fusca, *pedibus* ferrugineis aut testaceis, *antennis* rufis, articulo quolibet apice fusco.

Long: 3 lin.
Lat: 1 lin.

Habitat in Salice Caucasi.

** *Antennarum articulo secundo apice valde incrassato; fasciatus.*

Spec. 85. *Sphegiformis.* Rossi. F. E.
Clavatus. Linn. S. N. II. 729. 97. (teste Fallén.)
Bifasciatus. Fabr. E. S. IV. 177. 152.
» » S. R. 242. 7.
» Fall. M. C. S. 99. 5.
» » H. S. 118. 6.
» Hahn. III. p. 7. t. 75. f. 232.
» Herrich-Schaeff. N. E. p. 48 et 82.
» Meyer. I. 97. 85.

Piceus, aureo-pilosus; *antennis pedibus*que rufis, antennarum articulo *primo* aut rufo aut nigro, *secundo* ab apice usque ad dimidium incrassato, nigro; *pronoti* margine postico, *hemielytrorum* externo et puncto laterali luteis; *appendice* piceo, medio fascia lutea; *membrana* fusca.

Long: 3 lin.
Lat: 1 lin.
Habitat in Corylo Caucasi.
+ *Unicolor; nigro-fuscus.*

Spec. 86. *Arbustorum.* Panz. F. G. 20.
» Fabr. E. S. IV. 175. 141.
» » S. R. 238. 174.
» Fall. M. C. S. 68.
» » H. S. 104. 52.
» Zetterst. F. L. I. 493.
» Herrich-Schaeffer. III. p. 80. t. 99. f. 300.
» » N. E. I. 53 et 82.
» Zetterst. J. L. 275. 16. 25.
» Meyer. I. 64. 33. t. 3. f. 1.
Lugubris. Hahn. II. p. 138. t. 72. f. 225.

Pubescens, formae parallelae; *hemielytris* fuscis, subnitidis; *membrana* pone appendicem albida, ceterum fusca; *antennis* basi nigro-fuscis, apice fusco-testaceis; *pedibus* testaceis, subtilissime nigro-irroratis.

Long: 2 lin.
Lat: $^2/_3$ lin.
Habitat in Pruno Caucasi.
++ *Bicolor; viridi-coccineus.*

Spec. 87. *Ferrugatus* *). Fabr. E. S. IV. 173. 132.
» » S. R. 236. 163.
» Fall. M. C. S. 79. 42. (Lygaeus.)
» » H. S. 86. 19.

*) Non commutandus cum *Lopo ferrugato.* Meyer. *Miride ferrugata.* Fallén et *dolabrata* Fabricii.

Ferrugatus. Hahn. I. p. 204. t. 33. f. 104.
Cimex roseo-maculatus. De Geer. J. IV. Mém. 293. 32.
» Geoff. J. I. 457. 44.
Lygaeus campestris. Fabr. E. S. IV. 171. 125.
» » S. R. 234. 154.
(absque citatis!)

Viridis; *clavo corio*que in disco postico roseo aut coccineo; *antennis pedibus*que ferrugineis apice profundius tinctis; *scutello* in medio disci lineola nigra; *appendix* roseus.

Long: $3\frac{1}{2}$ lin.
Latit: $1\frac{1}{4}$ lin.

Habitat in Cerealibus Caucasi et Transcaucasiae.

β. Pronoti margine postico rotundato-arcuato. Omnes subconvexi.

[*] *Hemielytra cum membrana triplo longiora quam caput cum pronoto.*

+ *Appendix flavus.*

† *Pronotum postice transverse nigrum, nitidum.*

Spec. 88. *Fraxini.* Fabr. E. S. IV. 172. 131.
» » S. R. 236. 162.
» Hahn. III. p. 82. t. 99. f. 303.
» Herrich-Schaeff. N. E. I. 51 et 84.

Testaceo-rufescens; *antennis*, *capite pedibus*que purpureis: *appendicis* basi *corii*que apice purpureis, *cuneo* apice-nigro; *pronoto* antice et in margine postico luteo, fascia transversa nigra nitida; *scutello* rufo.

Long: $3\frac{1}{2}$ lin.
Lat: $1\frac{1}{3}$ lin.

Habitat in Umbellatis provinciae Karabagh et Elisabethopoleos, Transcaucasiae.

† † *Pronotum nitidum, medio maculis quatuor, postice fascia transversa, nigris.*

Spec. 89. *Striatellus.* Panzer. F. G. 93. 17.
» Fabr. E. S. IV. 173. 133.
» » S. R. 236. 164.
» Wolff. Jc. C. 153. 150. t. 15. f. 150. a. b.
» Fallén. M. C. S. 78. 38.
» » H. S. 84. 15.
» Zetterst. F. L. I. 488. 7.
» Hahn. II. p. 133. t. 71. f. 218.
» Herrich-Schaeff. N. E. I. 51 et 87.
» Zetterst. J. L. 272. 16. 8.
» Meyer. I. 94. 81.

Viridi-flavus; *hemielytris* pone nervos nigro-aut fusco-striatis; *appendicis* apice nigro; *antennis pedibus*que testaceis apice fuscis aut rufis; *femora* annulis duobus obsoletis purpureis.

Long: $3^1/_2$ lin.
Lat: $1^1/_4$ lin.

Habitat in Umbellatis Armeniae et Caucasi.

† † † *Pronotum opacum, medio maculis duabus nigris.*

Spec. 90. *Chenopodii* *). Fall. M. C. S. 711. 25.
» » H. S. 77. 1.
» Herrich-Schaeff. N. E. I. 83.
» Meyer. I. 51. 11.
Miris laevigatus. Panz. F. J. G. 23. 21.
» Wolff. Jc. Cim. 36.
Lygaeus 4 punctatus. Fabr. E. S. IV. 172. 128.

---

*) Denominatio etsi serius edita accipienda ob Synonima varia et ad praecavendos errores.

Lygaeus 4 punctatus. Fabr. S. R. 235. 157. (Teste Fallén).
» Donovan. III. pl. 101. 1. 2. 3.
Bipunctatus. Fabr. E. S. IV. 173. 129.
» » S. R. 150.
Binotatus. Fallén. H. S. 78. 3.
» Hahn. I. p. 202. t. 33. f. 103.
» Herrich-Schaeff. N. E. I. 50 et 82.

Viridi-pallescens, pilosa, pubescens; *pronoto* ad latera puncto nonnumquam altero nigro; *antennis* ferrugineis apice nonnumquam fuscis; *hemielytris* macula media triangulari, oblonga, nigra aut fusca; *pedibus* testaceis, rufo-adspersis.

Long: 4 — 4 $^1/_5$ lin.
Lat: 1 $^1/_3$ lin.

Habitat in herbis vialibus et vervactorum, praeprimis Verbasco, Cruciferis et Umbellatis, Caucasi et Transcaucasiae.

++ *Appendix aurantiacus.*

⊙ *Scutellum nigrum aut nigro-fuscum.*

Spec. 91. *Seticornis.* Fabr. E. S. IV. 179. 160.
» » S. R. 244. 18.
» Wolff. Jc. C. 111.
» Burm. Handb. II. 269.
Tibialis. Wolff. Jc. C. 111.
Lateralis. Fall. H. S. 88. 23.
» Hahn. I. t. 35. f. 114. A. a.
» Herrich-Schaeff. N. E. I. 51 et 85.
» Meyer. I. 95. 83.
Apicalis. Hahn. I. p. 220.
Fulvo-maculatus. Fall. M. C. S. 46. var. γ.

Niger, aureo-pilosus; *pronoti* nigro-fusci margine postico lineolaque longitudinali tenuissima obsolete luteis; *hemielytris* rufo-fuscis; *appendicis apice* nigro; *membrana* fusca, *pedibus* fuscis, nigris aut rufis.

Long: 4 lin.

Lat: $1^1/_2$ lin.

Habitat in Urticis Caucasi et Iberiae.

⊙ ⊙ *Scutellum nigrum apice luteo.*

Spec. 92. *Scriptus* *). Fabr. S. R. 153.
» Herrich-Schaeff. III. p. 86. t. 97. f. 294.
» » N. E. I. p. 87.
(absque citatis.)

Citrinus, viridi-luteus, nigroque pictus, subtus niger, marginibus segmentorum luteis; *capite* et *pronoto* luteo, vittis in priori duabus, in altero quatuor longitudinalibus nigris, vittis in pronoto antice confluentibus; *hemielytra* luteo-aurantiaca, vittis tribus longitudinalibus nigris in embolyo confluentibus, vitta externa cum media in area corii jam confluenti apice sub angulo fere recto extrorsum flexa et in fasciam transversam dilatata, vitta interna in margine scutellari et commissura clavi; *appendicis apex* niger; *membrana* fusca; *antennae* aut integrae rufae aut articulo tantum primo rufo, apice fusco-nigrae; *femoribus* basi nigris, cetèrum rufis; *tibiis* rufis, nigro-spinosis.

---

*) Non confundendus cum *Lygo scripto*. Fabr. E. S. 171 et *Phytocoride scripta*. Hahn. II. f. 202. *marginello*. Fabr. a quibus differt: Magnitudine, *antennis* numquam integris nigris, *scutello* apice luteo, *thorace* flavo-striato et vitta nigra externa apice *hemielytrorum* transversa.

Long: $4^3/_4$ lin.
Lat: $1^1/_2$ lin.

Habitat in Umbellatis provinciae Elisabethopol, Transcaucasiae.

+++ *Appendix viridis.*

O *Nitidi.*

* *Membrana immaculata.*

Spec. 93. *Affinis.* Herrich-Schaeff. N. E. 49 et 82.
» Meyer. I. 48. 6. t. 1. f. 5.
Pabulinus. Fall. M. C. S. 75. 28.
» Zetterst. Faun. L. I. 486. 2.

Viridis; *membrana* viridinervis, *antennarum* articulo *secundo* apice fusco; *pedibus* viridi-testaceis.

Long: 3 lin.
Lat: $1^1/_8$ lin.

Habitat in Caucasi Salicibus aut Crataegis.

** *Membrana fusco-maculata.*

Spec. 94. *Contaminatus.* Fall. M. C. S. 76. 29.
» » H. S. 79. 5.
» Zetterst. F. L. I. 487. 3.
» Hahn. I. p. 151. t. 33. f. 76.
» Herrich-Schaeffer. N. E. I. 49 et 83.
» Zetterst. J. L. 272. 16. 3.
» Meyer. I. 45. 1.

Viridis; *corio* ante appendicem macula fusca; *antennis pedibus*que flavo-viridibus; *femoribus* apice bimaculatis *tibiis*que fusco-spinosis.

Long: $2^1/_2$ lin.
Lat: 1 lin.

Habitat in Betula, Crataego et Salice Caucasi.

O O *Pubescentes.*

* *Membrana fusca.*

Spec. 95. ***Pabulinus.*** Linn. S. N. II. 727. 83.

» » F. S. 947.

» De Geer. III. 293. 31.

» Geoffr. I. 456. 43.

» Scop. E. S. 132. 384. cum var: 1 et 2; exclusa 3.

» Schrank. En. 564.

» Fabr. E. S. IV. 184. 5.

» » S. R. 254. 5.

» Schrank. F. b. 1161.

» Zetterst. F. L. I. 486. 2.

» Hahn. I. p. 149. t. 23. f. 74.

» Herrich - Schaeff. N. E. I. p. 49 et 85.

» Burmeist. H. II. 270.

» Zetterst. J. L. 272. 16. 2.

» Meyer. I. 48. 7. t. 1. f. 3.

*Viridis; antennis pedibus*que viridi - flavis.

Long: $3\frac{1}{2}$ lin.

Lat: $1\frac{1}{8}$ lin.

Habitat in Viburno Caucasi.

** *Membrana hyalina.*

Spec. 96. *Nassatus.* Fabr. E. S. IV. 174. 135.

» » S. R. 236. 167.

» Fall. M. C. S. 76. 31.

» » H. S. 80. 7.

» Zetterst. F. L. I. 487. 4.

» Hahn. I. p. 153. t. 24. f. 78.

» Herrich-Schaeff. N. E. I. p. 49 et 85.

» Zetterst. J. L. 272. 16. 4.

Nassatus. Meyer. I. 50. 8.

Icterocephalus. Hahn. I. p. 149. t. 33. f. 75.

Viridis; hemielytrorum margine externo, *antennis pedibus*que flavis.

Long: $2^1/_2$ lin.

Lat: 1 lin.

Habitat in Betula, Crataego et Salice Caucasi.

[* *] *Hemielytra cum membrana dupplo longiora quam caput cum pronoto.*

○ *Pubescentes.*

Spec. 97. *Campestris.* Linn. S. N. II. 728. 87.
» » F. S. 950.
» Geoff. I. 452. 34.
» Fall. M. C. S. 83. 51.
» Zetterst. F. L. I. 489. 11.
» Hahn. I. p. 218. t. 35. f. 113.
» Herrich-Schaeff. N. E. I. 51 et 83.
» Zetterst. J. L. 273. 16. 13.

Supra impresso-punctata, testaceo-virescens aut ferruginea; *scutello* albo-maculato, *hemielytrorum* medio macula infuscata.

Long: $2 — 2^2/_3$ lin.

Lat: 1 lin.

Habitat in campis et nemoribus Caucasi.

○ ○ *Nitidae.*

+ *Membrana fusca.*

Spec. 98. *Punctata.* Zetterst. J. L. 273. 16. 14.

Profunde punctata, subfusca; supra testaceo-ferruginea, fusco-maculata; *pronoti* parte antica tuberculosa et angulis posticis nigris.

Long: $2^1/_2$ lin.

Lat: 1 lin.

Habitat in pratis subalpinis Caucasi.

++ *Membrana maculis fuscis.*

† *Pronoti angulis posticis flavis.*

Spec. 99. *Pratensis.* Linn. S. N. 728. 86.
» » F. S. 949.
» Geoffr. J. I. 451. 33.
» Scop. E. C. 386.
» Fabr. E. S. IV. 171. 126.
» » S. R. 234. 155.
» Zetterst. F. L. I. 489. 10.
» Fall. M. C. S. 83. 51.
» » H. S. 90. 28.
» Hahn. I. p. 217. t. 35. f. 112.
» Herrich-Schäeff. N. E. I. p. 51 et 86.
» Burm. H. II. 272.
» Zetterst. J. L. 273. 16. 12.
» Meyer. I. 99. 87.

Supra impresso-punctata, sparse pilosa; viridi flavescens aut ferruginea; *scutello* albo- aut luteo-cordato; *femoribus* annulis duobus ferrugineo-fuscis; *antennarum* articulo *primo* et *secundo* rufo, secundo apice reliquisque fusco-nigris.

Long: $2^2/_3$ — $2^4/_5$ lin.

Lat: 1 — $1^1/_3$ lin.

var: *Umbellatarum.* Panz. F. G. 93. 19.
Rufipennis. « Fall. M. C. S. 84. 22.
» Herrich-Schaeff. N. E. I. 83. var. 2.

Viridi-rufa; *hemielytris* nervoque membranae sanguineis.

Habitat in pratis Caucasi et Transcaucasiae, ad altitudinem 700 orgyiarum gallicarum.

†† *Pronoti angulis posticis nigris.*

Spec. 100. *Alpina. m.*

Vide: Tab. X. fig. 24.

Viridi-flava aut ferruginea, crebre punctata, nitidissima; *pronotum* striis quatuor longitudinalibus aut maculis octo aut quatuor vel duabus, angulis posticis semper nigris; *hemielytra* pone appendicem maculis duabus nigro-piceis; *ventre* macula media nigra.

Caput ferrugineum aut flavum; *antennarum* articulus *primus* rufus, *secundus* aut in medio rufus apicibusque fuscis aut cum articulis *reliquis* fuscus: *femora* subtus macula picea, apice annulis duobus piceis aut rufis; *tibiis* apice piceis; *scutellum* pallide-luteum; *hemielytra* viridi-flava aut ferruginea; apice corii ad marginem externum maculis duabus piceis, ad commissuram macula coccinea aut purpurea; *appendice* pallido in angulis piceo; *cellulae* nervo pallido; *tegminibus* opalizantibus.

Long: 3 lin.

Lat: $1^1/_5$ lin.

Habitat in Armeniae alpibus, monte Ssarijal, Kaepesdagh, Murgus et Alaghoes.

⊙ *Appendice-luteo, apice nigro; scutello luteo-cordato.*

× *Capite ferrugineo, reliquis magna ex parte nigris.*

Spec. 101. *Tripustulatus.* Fabr. E. S. IV. 176. 145.
» » S. R. 239. 182.
» Fall. H. S. 96. 38.
» Hahn. I. p. 215. t. 34. f. 111.
» Herrich-Schaeff. N. E. I. 52 et 88.
» Burm. II. 273.
» Zetterst. J. L. 275. 16. 21.
» Meyer. I. 106. 96.

Transversalis. Fabr. E. S. IV. 175. 142.

Transversalis. Fabr. S. R. 238. 175.
» Herrich-Schaeff. N. E. I. 87.
Bistriguttatus. Fabr. E. S. IV. 174. 135.
» » S. R. 236. 166.
Pastinacae. Fall. M. C. S. 86. 57.
» » H. S. 94. 35,
» Hahn. I. p. 213. t. 34. f. 110.
Pictus. Hahn. I. p. 215.

Niger, *nitidus; antennis, pedibus*, *capite* et macula antica *pronoti* rufis; *femoribus* apice annulis tribus, *tibiis* annulo in medio et apice piceis; *appendice* nigro. macula media aurantiaca magna; *membrana* fusca.

Caput rufum, apice nonnumquam piceum; antennarum articuli apice nonnumquam infuscati; *pronotum* nigrum, antice rufum, linea media longitudinali et marginibus subtilissimis rufis; *scutellum* basi nigrum, ceterum cordato viridi - flavum aut ferrugineum; *hemielytra* nigra, macula embolyi et fascia media corii ferruginea; *abdomen* nigrum, apice et marginibus rufis.

Long: 2 lin.
Lat: $^4/_5$ lin.

Habitat in Caucasi Umbellatis et Urticis.

Var: 102. *Lhesgica.* m.

(Verosimiliter pluribus exemplaribus conspectis novam referet speciem!)

Pronoto nigro, margine postico subtilissime luteo; *antennarum* articulo *primo* rufo, *reliquis* nigro-piceis; *hemielytra* macula una lata lutea ab embolyo arcuata-triangulari ad medium corii, altera minori in commissura clavi; *appendice* nigro, macula media lutea magna, apice latius nigro; *femoribus* annulis duobus, *tibiis* totis piceis; *abdomine* viridi-luteo, marginibus apiceque nigro.

Long: 1$^4/_5$ lin.
Lat: $^4/_5$ lin.

Habitat in pratis subalpinis montis Ssalwat, Caucasi Lhesgici.

× × *Capite luteo, reliquis magna ex parte luteis.*

Spec. 103. *Kalmii.* Linn. Fn. S. 948.
» Zett. F. L. I. 491. 15.
» Herrich-Schaeffer. N. E. I. 84.
» Zetterst. J. L. 274. 16. 20.
» Meyer. I. 105. 95.
Gramineus. Fabr. E. S. Suppl. 542. 154.
» » S. R. 243. 11.
Flavovarius. Fabr. E. S. IV. 178. 154.
» » S. R. 243. 10.
» Fall. M. C. S. 86. 53.
» » H. S. 93. 34.
» Hahn. I. p. 211. t. 34. f. 109.
» Burm. II. 172.

Viridi-flavus; thorace antice et postice nigro; *scutello* luteo; *hemielytris* rufo-flavis apice fascia nigra; *appendice* luteo, apice nigro; *membrana* fusca; *antennis pedibus*que testaceis; *abdomine* luteo, fasciis tribus longitudinalibus nigris.

Long: 1$^4/_5$ lin.
Lat: $^4/_5$ lin.

Habitat in dumetis Caucasi, in Humulo et Parietaria praeprimis.

⊙ ⊙ *Appendice medio ocellato, scutello nigro, apice luteo-rufo.*

× *Hemielytris nigris.*

Spec. 104. *Gyllenhalii.* Fall. M. C. S. 88. 61.
» » H. S. 97. 40.

Gyllenhalii. Herrich-Schaeff. III. p. 86. t. 101. t. 310.
» » N. E. I. p. 52 et 84.
» Meyer. I. 61. 28.

Niger, opacus, luteo-pubescens; appendice luteo, medio macula magna orbiculari nigra; apice summo *scutelli* luteo aut rufo; *membrana* declivi; *pedibus* rufis, *femoribus* nigro-annulatis aut nigris; *antennis* rufis aut fuscis.

Long: $1^2/_3$ lin.
Lat: $^4/_5$ lin.

Habitat in Rubiaceis, praeprimis Galiis Caucasi.

× × *Hemielytris nigris, luteo-variegatis.*

Spec. 105. *Unifasciatus.* Fabr. E. S. IV. 178. 153.
» » S. R. 243. 9.
» Zett. F. L. I. 491. 15.
» Herrich-Schaeff. N. E. I. 51 et 88.
» Zetterst. J. L. 274. 16. 20.
» Meyer. I. 104. 93.
Semiflavus. Wolff. IV. 154. t. 15. f. 48.
» Fall. M. C. 80. 44.
» » H. S. 86. 21.
» Hahn. I. p. 208. t. 34. f. 107.
Lateralis. / *Marginatus.* } Hahn. II: p. 85. t. 56. f. 169. 170.

Niger-pubescens; pronoti margine postico, *scutelli* dimidio apicali et *hemielytris* ad embolyum et dimidium corii angulumque clavi luteis; *appendice* aurantiaco aut luteo, macula media nigra; *membranae* fuscae nervo luteo; *antennae pedes*que rufo-testacei.

Long: 2 lin.
Lat: 1 lin.
Habitat in Galiis Caucasi.
⊙ ⊙ ⊙ *Appendice roseo.*

Spec. 106. *Rubricatus.* Fall. M. C. S. 91. 70.
» » H. S. 100. 45.
» Zett. F. L. I. 493. 21.
» » J. L. 275. 16.
» Hahn. I. p. 156. t. 24. f. 80. (Lygus.)
» Herrich-Schaeffer. N. E. I. 49 et 86.
» Meyer. I. 73. 45.
Lygus rufescens. Hahn. I. p. 28. t. 4. f. 18.

Flavo-ruber; pronoto antico capiteque nonnumquam pallidioribus; *femoribus* annulis duobus ferrugineo-fuscis.
Long: $1^3/_4 - 2^1/_2$ lin.
Lat: $^3/_4$ lin.
Habitat in Salice Caucasi.
⊙ ⊙ ⊙ ⊙ *Appendice cum tota superficie concolori.*
× *Viridis, nitidus.*

Spec. 107. *Viridulus.* Fall. M. C. S. 90. 69.
» » H. S. 105. 54.
» Hahn. II. p. 136. t. 72. f. 221.
» Herrich-Schaeff. N. E. I. 50 et 88.
» Meyer. I. 77. 51. t. 7. f. 2.

Nigro-sparse pilosus; *pedibus* nigro-punctatis; *antennarum* articulus *primus* medio, *secundus* basi fuscus.
Long: $1^4/_5$ lin.
Lat: $^2/_3$ lin.
Habitat in Betulis pratisque alpinis Caucasi.
× × *Viridis, opacus.*

Spec. 108. *Hortulanus.* Meyer. I. 77. 52. t. 7. fig. 3.

Pallide-virescens; albo-pilosus, *antennis pedibus*que pallidis.

Long: $1^1/_2$ lin.

Lat: $^1/_2$ lin.

Habitat in pratis Armeniae et Iberiae.

× × × *Albidus, opacus.*

Spec. 109. *Albida.* m.

Vide: Tab. XI. fig. 27.

Supra albidus alboque pilosus; *pedibus* pallide-testaceis, *antennis abdomine*que nigris.

Long: $1^2/_3$ lin.

Lat: $^3/_5$ lin.

Habitat in pratis provinciae Karabagh, Transcaucasiae.

c. *Pronotum subconvexum, impressione in medio antico levi, antennarum articulo secundo ad dimidium aut plus incrassato.*

Genus: HETEROTOMA. Latr.

Herrich-Schaeff. (Ab ἕτερος, alter et τομὴ, sectio.)

Capsus. Fab. R. Fall. Latr. Hahn. Herrich-Schaeff. Meyér. *Phytocoris.* Hahn. *Poecilosoma.* Steph. *Lygaeus.* Fabr. E. Wolff. Panz. *Halticus.* Burm. *Cimex.* Linné. Geoffr. Pallas.

Character: Forma ovalis; *hemielytra* convexa, nervis duobus; *membrana* cellula una; *antennarum* articulo *primo* capitis longitudine, *secundo* omnium longissimo plus quam dimidio incrassato, *tertio quarto*que subtilissimo molli ac setiformi, quarto in medio paulo impresso aut incurvato; *rostellum* ad acetabula pedum posticorum protractum, cujus articulus *primus* longitudine capitis, *secundus* omnium longissimus, *tertius* et *quartus* brevissimus; *oculi* valde prominuli, *pedes* crassi.

α. Forma oblonga, subdepressa.

* *Nigri.*

+ *Hemielytris pronoto non latioribus.*

Spec. 110. *Oblongus.* m.

Vide: Tab. XI. fig. 28.

Ater, oblongus, linearis, luteo-pilosus, *pronoti* angulis posticis acutis, rufis; *antennarum* articulo *secundo* clavato, *hispido*; *pedibus* fuscis.

Long: $2^1/_5$ lin.

Lat: thor: postici $^3/_5$, elytrorum $^1/_2$ lin.

Habitat in Pyro elaeagnifolia et Cotoneaster Nummularia provinciae Karabagh prope pagum Tschaikaent.

++ *Hemielytris pronoto latioribus.*

Spec. 111. *Pulverulentes.* Kluge. Burm. H. II. 276.

» Meyer. I. 63. 31.

Ater, oblongo-ovalis, albido-pilosus, *antennarum* articulo *secundo* clavato, *tibiis* fuscis aut nigris.

Long: $1^2/_3$ — 2 lin.

Lat: thor: postici: $^3/_5$, hemielytrorum $^4/_5$ — 1 lin.

Habitat in Caucasi Mespilo et Cydoniis.

** *Fusco-rufi.*

Spec. 112. *Planicornis.* Pallas. Spicileg. zool. Fasc. IX. p. 23. tab. I. f. 13. (Cimex.)

Magnicornis. Schellenbg. G. d. W. T. IV. f. 2. C.

» Fall. M. C. S. 99. 7.

» » H. S. 119. 8.

» Zett. F. L. I. 498. 4.

» Hahn. I. p. 130. t. 20. f. 67.

» Herrich-Schaeff. N. E. I. p. 85.

» Zett. J. L. 278. 17. 4.

» Meyer. I. 62. t. II. f. 4.

Niger-rufescens aut nigro-violaceus, luteo-pilosus, *antennarum* articulo secundo fusiformi incrassato nigro, ultimis setaceis, albo-fuscis; *tibiae* posticae obsolete nigro-annulatae, spinis longis.

Long: $1^1/_2$ lin.

Lat: $^3/_5$ lin.

Habitat in Caucaso et in territorio Airum provinciae Karabagh loco sic dicto Schamlogh a pinetis dénominato.

β. Forma ovalis, convexa.

* *Hemielytris concoloribus.*

Spec. 113. *Ater.* Linn. S. N. II. 725. 72.
» » F. S. 994.
» Geoffr. I. 460. 54.
» Fabr. E. S. IV. 177. 149.
» » S. R. 241. 34. 2.
» Fall. M. C. S. 97. 1.
» » H. S. 116. 2.
» Zett. F. L. I. 497. 1.
» Herrich-Schaeff. N. E. I. p. 52 et 82.
» Zett. J. L. 277. 17. 1.
» Meyer. I. 108. 99.
Semiflavus. Linn. S. N. 68.
Flavicollis. Fabr. E. S. IV. 178. 156.
» » S. R. 243. 13.
» Wolff. I. 32. t. 4. f. 32.
» Schellenb. t. II. f. 3.
» Hahn. I. tab. 20. f. 65.
» Burm. Handb. II. 275.
Tyrannus. Fabr. E. S. IV. 177. 150.
» » S. R. 242. 4.

Niger, subnitidus, *pronoto capiteque* aut nigro aut fer-

rugineo, *pedibus* aut nigris, aut fuscis aut ferrugineis, *femoribus* apice annulis duobus piceis.

Long: $2^2/_3$ lin.

Lat: $1^1/_5$ lin.

Habitat in Caucasi et Iberiae pratis herbidis.

** *Hemielytris discoloribus.*

Spec. 114. *Cinctus.* m.

Vide: Tab. XI. fig. 29.

Ater, profunde punctatus, subnitidus; *capite*, *thorace*, *hemielytrorum* margine lato externo usque ad apicem appendicis, *antennarum* articulo *primo*, *coxis pedibus*que ferrugineis; *femoribus* absque annulis.

Long: $2^1/_2$ lin.

Lat: $1^2/_5$ lin.

Habitat in locis herbidis provinciae trans Caucasum sitae Elisabethopol.

d. *Pronotum hemielytraque convexa, impressione nulla.*

α. *Femora simplicia.*

Genus: BRYOCORIS. Fall. H.

(A *βρύον*, muscus et *κόρις*.) *Orthonotus.* Westwood. Curt. Cat. (ab *ὀρθὸς*, rectus et *νῶτος*, dorsum.) *Halticus.* Burm. *Anthocoris.* Zett. *Poecilosoma.* Steph. *Capsus.* Fabr. Fall. M. Meyer. *Lygaeus.* Wolff.

Character: Antennae filiformes, apice capillares. *Corpus* minutum, ovatum, convexum. *Hemielytra* coleoptrata, convexa, *membranae* rudimento aut nullo. Habitant in muscis. *Differentia sexus: Femina* rima brevi in segmento abdominis apicali, *mas* segmento eodem integro dignoscitur.

+ *Scutello nigro.*

Spec. 115. *Filicis.* Linn. S. N. 212. 720.
» » F. S. 919.
» Wolff. II. 46. 43. f. 43.
» Fall. M. C. S. 92. 74.
» » H. S. 108. 61.
» Hahn. II. p. 86. t. 56. f. 172.
» Herrich-Schaeff. N. E. I. 51 et 84.
» Meyer. t. 71. 43.

Nigro-piceus, nitidus; *capite, pedibus, hemielytrorum* margine pallide-luteis, *antennis* basi testaceis, apice fuscis; *membranula* fusca.

Long: 1 lin.
Lat: $^3/_5$ lin.

Habitat in Aspidiis Caucasi et Transcaucasiae.

++ *Scutello fulvo.*

Spec. 116. *Pteridis.* Fall. M. C. S. 105. 20.
» » H. S. 152. 1.
» Zett. Jns. L. 266. 11. 1.
» Burm. II. 278.
» Germ. Fn. 10. 13.
» Herrich-Schaeff. N. E. I. 53 et 86.
» Curtis. Cat. p. 228.
» Meyer. t. 114. 109.
Anthocoris coleoptrata. Zett. Act. Holm. 1819. p. 74.

Glabra, nitida, pallida; *capite, antennarum* apice, *pronoti* margine antico, *ventre*que nigris; *hypopygio* albido; *membrana* nulla.

Long: 1 lin.
Lat: $^2/_5$ lin.

Habitat ad radices arborum et in muscis regionis sylvosae Caucasi, ubi Pteris aquilina.

October. 1845. *

β. Femora incrassata.

Genus: EURYCEPHALA. Laporte.

(Ab εὐρυς, latus et κεφαλη, caput). *Attus.* Burm. Hahn. Herrich-Schaeff. (ab ἀττω, prosilio).

Orthonotus. Westw. Curtis. *Halticus.* Hahn. Burm. (ab ἁλτικὸς, salticus.) *Capsus.* Hahn. Herrich - Schaeff. Meyer. *Phytocoris.* Fall. H. *Lygaeus.* Fall. M. Wolff. *Salda.* Fabr. R. *Acanthia.* Fabr. F. *Cicada.* Linn.

Character: *Antennarum* articulus *basalis* crassus, *secundus* omnium longissimus, *tertius* brevior secundo, *quartus* longior primo, brevior tertio; *rostellum* ad acetabula pedum posteriorum porrectum, cujus articulus *primus* brevis, crassus, *secundus* longior et aequalis tertio, *quartus* longitudine primi; *hemielytra* convexa, absque nervis; *membrana*, si adest in *mare*, nervo unico aut cellulam formante aut libero; *hemielytra* in *femina* desunt; *tibiae* longae et spinosae; *forma* ovalis aut globosa.

* *Totus nigro - aeneus.*

Spec. 117. *Nitidus.* Meyer. I. p. 113. 107. tab. VI. f. 4.

Profunde scrobiculatus, nitidus; *antennarum* articulo basali spinoso; *pronoti* parte antica torulo utrinque transverso levi et nitido; *hemielytris* postice oblique truncatis absque membrana.

Long: $1^3/_5$ — $1^4/_5$ lin.

Lat: pronoti $^3/_5$, abdom: $1^2/_5$ lin.

Habitat in arenosis ad mare Caspium et Caucasi Lhesgici usque ad altitudinem 1200 orgyiarum Gallicarum.

** *Pedibus testaceis.*

† *Capite nigro.*

Spec. 118. *Pallicornis.* Linn. F. S. 894. (*Cicada aptera.* ♀.)

Pallicornis. Fabr. E. S. IV. 69. 5.
» » S. R. 115. 6.
» Wolff. Jc. C. 122.
» Fall. M. C. S. 95. 80.
» » H. S. 113. 70.
» Hahn. I. p. 114. t. 18. f. 61.
» Burm. II. 278.
» Meyer. I. 110. 103.
» Herrich-Schaeff. N. E. I. 53 et 86.

Arenarius. ♂. Hahn. III. p. 34. t. 84. f. 255.

Niger, nitidus, subtilissime punctatus; *antennis* basi testaceis, apice fuscis; *tibiis* apiceque *femorum* testaceis; *femina* aptera.

Long: 1 — $1^1/_5$ lin.

Lat: ♂ $^3/_4$, ♀ 1 lin.

Habitat in pratis arenosis humidis Iberiae.

++ *Capite rufo.*


Spec. 119. *Rufifrons.* Fall. M. C. S. 105. 19.
» Herrich-Schaeff. III. p. 110. t. 108. f. 338.
» » N. E. I. p. 86.
» Burm. H. II. 278.
» Meyer. I. 112. 105.

Ambulans. Fall. M. C. S. 104. 18.
» » H. S. 126. 20.
» Zetterst. J. L. 279. 12.
» » Faun. L. I. 500. 7.
» Herrich - Schaeff. III. p. 109. t. 108. f. 335, 336, 337.

Niger, nitidus, subtilissime punctatus; *pedibus* flavis; *antennarum* articulo *primo* flavo, *secundo* basi apiceque nigro; *femina* aptera.


Long: 1 lin.
Lat: $^1/_2$ lin.

Habitat in agris et pratis prope pagum Osseticum Görtscheti montis Kasbek, Caucasi centralis, usque ad altitudinem 990 orgyiarum Gallicarum.



W. Pape et Birkhahn del.

Kolenati, Hemiptera Caucasi.




W. Pape et Birkhahn del.



W. Pape et Birkhahn del.

Kolenati, Hemiptera Caucasi.



W. Pape et Birkhahn del.



1. Centrocoris. Klti. Westwoodi. Klti.
2. " variegata. Klti.
3. " pallescens. Klti.
4. Palethrocoris. Klti. disciger. Klti.
5. Corizus caucasicus. Klti
6. " rubescens. Klti.

W. Pape. et Birkhahn del.



7. Alydus Tragacanthae. Klti.

8. " hirsutus. Klti.

9. Hebecerus. Klti. Persicus. Klti.

10. Berytus caucasicus. Klti.

11. Rhabdocoris. Klti. arcuata. Klti.

12. Lygaeus asiaticus. Klti.

W. Pape et Birkhahn del.

Fasc. II.

Tab. IX.

Kolenati, Hemiptera Caucasi.



13. Lygaeus ventralis. Klti.
14. Pachymerus anomalus. Klti.
15. " Ibericus. Klti.

16 Heterogaster bicolor. Klti.
17 " Coronillae. Klti.
18 " Waltlii. Klti.

W. Pape et Birkhahn del.



19. Cymus Origani. Klti.
20. " Saturejae. Klti.
21. " Hyrcanicus. Klti.
22. Platygaster marginatus. Klti.
23. Geocoris angularis. Fieber.
24. Phytocoris alpina. Klti.

W. Pape et Birkhahn del.



25. Miris caucasica. Klti.
26. Lophyrus. Klti. Meyeri. Klti.
27. Phytocoris albida. Klti.
28. Heterotoma oblongus. Klti.
29. „ cinctus. Klti.

W. Pape et Burkhahn del.

MELETEMATA ENTOMOLOGICA

auctore

Dre. Friderico A. Kolenati.

Fasc. III.

PETROPOLI.

1846.

Jussu et impensis Academiae.

Fuss.

BRACHELYTRA
CAUCASI

CUM

DISTRIBUTIONE GEOGRAPHICA

ADNEXIS

PSELAPHINIS, SCYDMAENIS, NOTOXIDIBUS ET XYLOPHAGIS.

AUCTORE

F. A. Kolenati.

Accedunt Tabulae III coloratae.

PETROPOLI. 1846.
Typis Imperialis Academiae Scientiarum.

„Le peu de variété dans le coloris et dans la forme de ces insectes a aussi beaucoup retardé l'attention des naturalistes, et l'extrême exiguité de la plûpart de ces animaux, qui nous oblige de les étudier à la loupe, aura, sans doute, le plus contribué à les dérober aux recherches."

Comte *de Mannerheim.*
(Précis d'un nouvel arrangement des Brachelytres.)

ILLUSTRISSIMO,

EXCELLENTISSIMO, DOCTISSIMO

ATQUE

JURIS CONSULTISSIMO

COMITI

CAROLO GUSTAVO MANNERHEIM,

PHILOSOPHIAE ET UTRIUSQUE JURIS

DOCTORI,

DICASTERII SUPREMI WIBURGENSIS

PRAESIDI

ORDINUM IMPERIALIUM

SANCTAE ANNAE ET SANCTI STANISLAI PRIMAE, SANCTI

WOLODIMIRI QUARTAE CLASSIS

EQUITI

PERPLURIUM SOCIETATUM SCIENTIFICARUM

SODALI

ETC. ETC. ETC.

ERGA

ROSSICUM DEJEANIUM

REVERENTIA PERCUSSUS

DEDICAT

Auctor.

Praefamen.

Clarissimus *Linnaeus* 24 *Staphylinidum* cognovit species; nostro aevo secundum opus *D. Erichson* 1568 innotescunt *Brachelytrorum* species, quarum 40 species per totum fere terrarum orbem plus-minusve divulgatae, 56 species *Asiae* centrali, 76 species *Africae*, 532 species *Americae* et 864 species *Europae* sunt propriae. *Brachelytra* Caucasi magis aut minus neglecta faunam exhibuerant adhuc exiguam. Quas 126 enumeravi *Brachelytrorum* species, ipse in Caucaso et trans Caucasum annis 1843 et 1844 inveni atque conspectis exemplaribus collectionis *Imperialis Academiae Scientiarum Petropolitanae* typisque praeprimis Illustrissimi comitis de *Mannerheim* sub auspiciis hujusce ingeniosi Entomologi examinavi, e quibus 30 species insigniuntur novae. Ast plura adhuc colligendi et detegendi in Caucaso optima esset Entomologis occasio! —

Auctor.

Petropoli 1 Decembris 1845.

Distributio geographica.

Distributio Staphylinidum geographica secundum regiones a me in Meletematum Entomologicorum Fasciculo I. pag. 9 — 17, quoad Caucasum et Transcaucasiam, distinctas haecce:

In REGIONE NIVALI, quae summa amplectitur alpium glacialium cacumina summaque juga nive sempiterna candida, quae a 1400 orgyis gallicis in Caucaso incipit et in altitudine 2000 orgyiarum desinit, omnino, ast raro, invenies Staphylinidum species peculiares e generibus: *Goryphaena*, *Xantholinus*, *Philonthus* et *Lathrobium*. Sic in Caucaso centrali detexi *Goryphaenam glacialem;* sic in montibus trans Caucasum sitis *Xantholinum haematodes;* in Caucaso Lhesgico *Philonthum janthinipennem*, *Lhesgicum;* in Ossetia *Philonthum Osseticum;* in Iberia et Armenia *Lathrobium castaneipenne* et *chalcodactylum.*

REGIO ALPINA, quae a regione algida usque ad sylvam protenditur, excellit generibus: *Falagria*, *Homalota*, *Goryphaena*, *Tachyporus*, *Xantholinus*, *Philonthus*, *Oxytelus* et *Omalium*. Novae evaserunt: *Homalota fulvipennis* e Caucaso Lhesgico; *Tachyporus caucasicus*, *rufomarginatus* et *chloroticus*, *Xantholinus sanguinipennis* ex Iberiae

et Armeniae alpibus; *Philonthi splendentis* adeo insignis varietas, ut forsan pluribus conspectis exemplaribus novam constituet sub nomine *P. sideropteri* speciem; *Omalium caucasicum* e Cis- et Transcaucasia.

Regionem sylvosam et nemorosam incolunt:

Falagria, *Bolitochara*, *Homalota*, *Oxypoda*, *Aleochara*, *Hypocyptus*, *Tachyporus*, *Tachinus*, *Boletobius*, *Leptacinus*, *Emus*, *Heterothops*, *Quedius*, *Scopaeus*, *Omalium*, *Proteinus*. Novas in illa regione detexi species sequentes:

Bolitochara pubescens, in provincia Karabagh.
Homalota taeniata, « «
« *carbonaria*, in provincia Elisabethopol.
« *biguttula*, in Iberia et Armenia.
Oxypoda Stevenii, in Caucaso occidentali.
Tachyporus Armeniacus, in districtu Schuragel.
Tachinus caucasicus, in Caucaso.
« *marginicollis*, in Iberia.
Boletobius Phaedrus, in provincia Karabagh.
Leptacinus apicalis, in Iberia.
« *pubipennis*, in provincia Elisabethopol.
« *angusticollis*, in Caucaso occidentali et Armenia.
Scopaeus Erichsonii, in provincia Elisabethopol.

Regio arvalis convenit praeprimis generi *Ocypus* et *Staphylinus*, novum inveni tantum in agris Iberiae *Staphylinum Ibericum*.

Regioni desertae, praeprimis vepreculis propria sunt Staphylinidum genera: *Myrmedonia*, *Falagria*, *Aleochara*, *Emus*, *Lithocharis*, *Oxytelus* et *Trogophloeus*. Novae mihi obveniebant in regione arida ac vepreculis:

*

Falagria elongata, in Iberia prope urbem Tiflis
Aleochara convexiuscula, in provincia Elisabethopol.
Trogoghloeus Mannerheimii, in provincia Karabagh.

Regio maritima et litoralis insignitur generibus: *Paedarus*, *Stenus*, *Bledius*, *Platysthetus*, *Trogophloeus*. In hac regione, ob aquas Staphylinides ubicumque locorum devehentes ac dissipantes, multa colligenda ast pauca detegenda. Unicum novum detexi *Bledium (pubescentem)* in ripis fluvii Cyri et Kotschkara-tschai.

FAMILIA.

BRACHELYTRA.

Tribus I. ALEOCHARINI.

Gen. MYRMEDONIA Erichs.

Spec. 1. *Canaliculata*. Fabr. M. J. I. 221. 29.
« Erichs. G. et Sp. Staph. I. p. 36. 1.

Habitat in Caucaso et trans Caucasum.

Spec. 2. *Fulgida*. Grav. Mon. 153. 37.
« Erichs. 40. 8.

Var.: elytris angulo apicali exteriore late nigro.
Long. 2½ lin., lat. ⅗ lin.

Habitat in Armeniae sylvis.

Gen. FALAGRIA Leach.

Spec. 3. *Sulcata*. Payk. M. St. 32. 24.
« Erichs. 49. 1.

Habitat in sylvis prope urbem Tiflis Iberiae nec non in Armenia montuosa.

Spec. 4. *Sulcatula*. Grav. M. 151. 7.
« Erichs. 50. 3.
Sulcata. Payk. F. S. III. 385. 24.
Polita. Curt. B. E. X. f. 462. n. 4.

Habitat in Provincia trans Caucasum sita Elisabethopol.

Spec. 5. *Elongata*. Klti.

Picea-rufescens, nitida, thorace subcordato, basi foveolato, coleopteris transversis, subpubescentibus, abdominis segmentis tribus posticis nigris.

Long. $1^2/_5$ lin., lat. $^1/_5$ lin.

Simillima *Sulcatulae* Grav. Differt longitudine, foveola thoracis basali, et thorace longiori quam lato, scutelloque vix canaliculato.

Habitat in Iberia prope urbem Tiflis.

(Museum Acad. Sc. Petropolitanae et Dris. Kolenati.)

Spec. 6. *Obscura*. Grav. Micr. 74. 10.
« Erichs. 54. 15.

Habitat in provincia Elisabethopoleos.

Spec. 7. *Nigra*. Grav. Micr. 75. 12.
« Erichs. 54. 16.
Var.: *Picea*. Grav. Micr. 75. 11.

Habitat ad pagum Kasbek Caucasi centralis, altit. 900 hexapod.

Gen. BOLITOCHARA. Mannerh.

Spec. 8. *Pubescens*. Klti.

Rufa, subnitida, pubescens, capite abdominisque segmentis basi nigris, duobus anteapicalibus fere totis nigris, apicali rufo, pedibus testaceis.

Long. $1^1/_2$, lat. $^1/_4$ lin.

Similis *lunulatae*. Payk. Differt forma graciliori, antennis longioribus, abdominis segmentis omnibus basi nigris, thorace basi vix foveolato.

Habitat in provincia trans Caucasum sita Karabagh. (Mus. Acad. sc. Petropolitanae.)

Gen. **HOMALOTA**. Mannerh.

Spec. 9. *Graminicola*. Grav. Mon. 176. 75.
« Erichs. 81. 1.
Linearis. Gyllh. J. S. II. 292. 15.
Longiuscula. Gyllh. J. S. IV. 485. 12. 13.
Longicornis var. b. Gyllh. II. 405. 27.
Moesta. Zett. F. L. I. 101. 15.
Fracticornis. Boisd. I. 544. 7.

Habitat in Transcaucasia.

Spec. 10. *Elongatula*. Grav. Micr. 79. 18.
« Erichs. 89. 17.
Terminalis. Grav. Mon. 160. 29.
Teres. Gyllh. II. 390. 13.
Complana. Mannh. Br. 79. 29.
Oblonga. Boisd. I. 548. 15.
Planiuscula. Mannh. Br. 80. 33.
Depressiuscula. Mannh. Br. 80. 34.
Var.: *Exilis*. Mannh. Br. 80. 31.
« Sahlb. Ins. Fenn. I. 360. 28.

Habitat in provinciis trans Caucasum sitis.

Spec. 11. *Angustula*. Gyllh. J. S. II. 393. 16.
« Erichs. 91. 19.
Linearis var. Grav. M. 149. 2.

Habitat in provincia Elisabethopoleos et Karabagh.

Spec. 12. *Plana*. Gyllh. II. 402. 24.
« Erichs. 93. 23.

Habitat in Caucaso et trans Caucasum.

Spec. 13. *Circellaris.* Grav. M. 155. 22.

« Erichs. 98. 34.

In provincia Karabagh trans Caucasum.

Spec. 14. *Socialis.* Payk. M. 60. 43.

« Erichs. 102. 43.

Boleti. Grav. Micr. 80. 21.

Sordida. Marsh. E. B. 514. 48.

Var.: *d. Erichs.*

Var.: *e.* Antennis totis nigris. Long. $1^1/_2$ lin.

Habitat in Caucaso et trans Caucasum.

Spec. 15. *Fulvipennis.* Klti.

Nigra, pubescens, elytris pedibusque testaceis, thorace subconvexo, abdominis segmentorum omnium margine postico rufo.

Long. $1^4/_5$ lin., lat. $^1/_4$ lin.

Simillima *Sociali.* Payk. Differt forma graciliori, subconvexa, thorace non foveolato elytris vix angustiori.

Habitat in Caucaso Lhesgico.

(Mus. Ac. Sc. Petropolitanae et Dris. Kolenati.)

Spec. 16. *Atramentaria.* Gyllh. J. S. 408. 30.

« Erichs. 111. 62.

Aenescens. Zetterst. J. L. 77. 16.

Caucasicae species majores. Long. $1^4/_5$ lin. Habitat in Cis- et Trans-Caucasia.

Spec. 17. *Taeniata.* Klti.

Nigra, pubescens, subnitida, abdomine ad latera apiceque longe-piloso, elytris pedibusque luteo-ferrugineis, elytrorum margine externo et interno nigro.

Long. $1^2/_5$, lat. $^1/_5$ lin.

Habitat in provincia Karabagh.

(Mus. Acad. Sc. Petropolitanae et Dris. Kolenati.)

Spec. 18. *Inquinula.* Grav. Micr. 78. 16.
« Erichs. 116. 74.

Habitat in quisquiliis provinciae Elisabethopoleos.

Spec. 19. *Lividipennis.* Sahlb. J. Fenn. I. 388. 77.
« Mannh. Brachelytr. 70. 2.
« Erichs. 129. 108.
Livida. Erichs. Col. March. I. 337. 39.

Habitat in toto Caucaso et in Transcaucasia.

Spec. 20. *Fungi.* Grav. Mon. 157. 24.
« Erichs. 131. 112.

Habitat in Caucaso occidentali.

Spec. 21. *Orbata.* Erichs. 132. 114. Col. March. I. 339. 43.
Agaricola. Sahlbg. J. F. I. 379. 59.
« Mannh. B. 84. 53.

Habitat in provinciis Transcaucasicis.

Spec. 22. *Orphana.* Erichs. Col. March. I. 340. 44. G. et Sp. St. 133. 116.
Fuscula. Mannerh. B. 84. 54.

Habitat in Armenia et Iberia.

Spec. 23. *Carbonaria.* Kolenati.

Nigra, nitida, vix punctata, thorace convexo, antice angustato, rotundato, elytris subtilissime punctato-aciculatis paulo latioribus subconvexis, abdominis margine postico apiceque longe nigro-piloso.

Long. $^4/_5$ — 1 lin.
Lat. $^1/_6$ — $^1/_5$ lin.

Var.: pedibus piceis.

Habitat in provincia Transcaucasica Elisabethopol.
(Mus. Ac. Sc. Petrop. et Dris. Kolenati.)

Spec. 24. *Biguttula.* Klti.

Nigra, nitida, convexa, thorace rotundato elytris

paulo angustiore, obsolete biseriatim punctato, elytris crebre et profunde punctatis, macula ad angulum internum posticum luteo-ferruginea, cum abdomine sparse hirsutis.

Long. $1^1/_5$ — $1^2/_5$ lin.

Lat. $^2/_6$ — $^2/_5$ lin.

Habitat in Iberia et Armenia.

(Mus. Ac. Sc. Petrop. et Dris. Kolenati.)

Gen. **OXYPODA.** Mannerh.

Spec. 25. *Alternans.* Grav. Micr. 85. 26.

« Erichs. 145. 7.

Habitat in Iberia et Armenia.

Spec. 26. *Stevenii.* Mannerh.

Nigro-picea, pubescens, nitida, elytris subtilissime punctatis, margine interno et postico rufo, antennis, pedibus, abdominis segmentorum margine postico anoque rufo-fuscis.

Long. $1^1/_2$, lat. $^1/_4$ lin.

Habitat in Caucaso occidentali.

(Museum Acad. Sc. Petropolitanae et Comitis de Mannerheim.)

Gen. **ALEOCHARA.** Grav.

Spec. 27. *Fuscipes.* Fabr. S. E. 266. 12.

« Ehrichs. 163. 1.

Brachyptera. Fourc. Ent. Par. I. 167. 12.

Habitat in cadaveribus cis et trans Caucasum.

Spec. 28. *Rufipennis.* Erichs. 162. 7.

Laevigata. Boisd. et Lacord. F. E. P. I. 530. 6.

Habitat in Caucaso.

Spec. 29. *Tristis.* Grav. Mon. 170. 59.

Tristis. Erichs. 162. 8.
Geometricus. Schrank. F. b. I. 642. 869.
Habitat in Caucaso.
Spec. 30. *Flavomaculata.* Ménétr. C. R. p. 147. 598.
« Fald. F. E. T. I. p. 133. 121.
Habitat in Caucaso.
Spec. 31. *Convexiuscula.* Klti.

Nigra, nitida, thorace longitudinaliter aciculato, convexo, elytris thorace vix brevioribus dense punctatis, rufis, margine externo, basi et sutura picea, abdomine supra crebre subtilissime punctato.

Long. $1^1/_5$ — $1^1/_4$ lin.
Lat. $^1/_4$ lin.

Habitat in cadaveribus avium in provincia Elisabethopol.

(Mus. Ac. Sc. Petropol.)

Spec. 32. *Nitida.* Grav. Micr. 97. 44.
« Erichs. 168. 20.
Bilineata. Gyllh. J. S. II. 436. 58.
Habitat in Caucaso et Iberia.
Spec. 33. *Lanuginosa.* Grav. Micr. 94. 48.
« Erichs. 168. 21.
Habitat in Caucaso et Transcaucasia.

Gen. **CORYPHAENA.** Mannerh.

Spec. 34. *Lucidula.* Erichs. Col. March. I. 369. 5.
« « G. et Sp. Staph. 187. 10.
Habitat in provincia Elisabethopol et Karabagh.
Spec. 35. *Glacialis.* Klti.

Oblonga, nigro-picea, nitida, convexa, elytris crebre subtilissime punctatis, abdomine nigro, antennis pedibusque testaceis, antennis apice fuscis.

Long. $^2/_5$ lin.
Lat. $^1/_6$ lin.

Spectat inter *strictulam.* Erichs. et. *boleti* Linn.

Habitat in muscis montis Kasbek Caucasi centralis, nonnumquam etiam plagas petit glaciales.

(Mus. Acad. Sc. Petrop. et Dris. Kolenati.)

Tribus II. TACHYPORINI.

Gen. **HYPOCYPTUS.** Schüpp.

Spec. 36. *Longicornis.* Payk. F. S. III. 340. 3.
« Erichs. 215. 1.

Habitat sub cortice et in muscis Caucasi.

Spec. 37. *Discoideus.* Erichs. Col. March. I. 388. 2.
« « G. et Sp. Staph. I. 216. 2.

Habitat sub cortice et prope truncos Iberiae.

Gen. **TACHYPORUS.** Grav.

Spec. 38. *Marginatus.* Grav. Micr. 127. 5. Panz. E. G. 359. 4.
Minutus. Fabr. E. S. I. II. 535. 20.
Nitidulus. Fabr. Sp. J. I. 337. 17.
Hypnorum. Fabr. E. S. I. II. 535. 22.
« Erichs. G. et sp. St. 234. 6.
Blattinus. Schrank. E. J. A. 236. 447.
Conicus. De Vill. E. I. 425. 72.
Dispar. var. *β.* Payk. M. Staph. 78. 54.

Var. 39. *Rufo-marginatus.* Klti.

Propter minorem exsiccationem longior, abdominis segmentorum margine postico rufo, maculis elytrorum majoribus.

Long. $2^1/_3$ lin.

Habitat in Caucaso et trans Caucasum.

Spec. 40. *Chrysomelinus*. Linn. F. S. n. 855. — Syst. N. I. II. 685. 21.

« Erichs. G. et Sp. 235. 8.

Melanocephalus. Fabr. E. S. I. II. 534. 16.

Merdarius. Marsh. E. B. 521. 68.

Dispar. var. *a*. Payk. F. S. III. 423. 69.

Var. 41. *Caucasicus*. Klti.

Niger, nitidus, antennarum basi, pedibus, thorace elytrisque rufo-testaceis, his thorace vix longioribus, circa scutellum nigris, thorace in medio macula oblonga nigro-picea, abdominis segmentorum margine postico rufo-piceo.

Long. $1^2/_3$ — 2 lin.

Lat. $^3/_4$ lin.

Habitat in Caucaso.

(Forsan pluribus exemplaribus investigatis novam constituet speciem!)

Spec. 42. *Armeniacus*. Klti.

Ater, nitidus, antennarum basi, palpis, pedibus, thoracis margine laterali elytrisque lividis aut testaceis, elytrorum basi nigra, maculisque duabus oblongis postice dilatatis nigris, una in margine externo altera latiori in disco cujuslibet elytri, antennis abdominisque segmentorum margine postico fuscis, setis analibus longis nigropiceis.

Long. 2 lin.

Lat. $^3/_5$ lin.

Habitat in Armeniae montuosae sylvis.

Spec. 43. *Chloroticus*. Klti.

Fusco-ferrugineus, nitidus, thorace elytris antennis

pedibusque testaceo-ferrugineis, elytris thorace paulo longioribus.

Long. $1^1/_4$ — 2 lin.

Lat. $^2/_5$ — $^1/_2$ lin.

Similis *pusillo*, Grav. Differt noster colore fusco-ferrugineo, elytrisque thorace vix longioribus.

Habitat in Caucaso et Transcaucasia.

(Mus. Acad. Sc. Petrop. et Dris. Kolenati.)

Gen. **TACHINUS** Grav.

Spec. 44. *Caucasicus.* Klti.

Piceo-niger, nitidus, antennarum articulis quatuor basalibus pedibusque rufis, elytris thorace paulo longioribus, macula humerali rufa.

Long. $2^1/_2$ — $3^1/_5$ lin.

Lat. 1 — $1^1/_5$ lin.

Similis *rufipedi.* Degeer. Differt ab illo thorace elytrisque ruguloso-punctatis, his illo paulo longioribus, et forma magis depressa.

Varietas: 45. *marginicollis.* Klti.

Thoracis margine rufo.

Habitat in Caucaso et in Iberia.

(Mus. Acad. Sc. Petrop., Comitis de Mannerheim et Dris. Kolenati.)

Gen. **BOLETOBIUS**. Leach.

Spec. 46. *Atricapillus.* Fabr. S. E. 267. 15.

« Erichs. Sp. et G. I. 276. 14.

Habitat in Caucaso et in Iberia.

Spec. 47. *Trinotatus.* Erichs. Col. March. I. 309. 8.

« Erichs. G. et sp. 279. 19.

Bimaculatus. Schrank. F. b. I. 644. 872.

Habitat in fungis Caucasi et Iberiae.

Spec. 48. *Phaedrus.* Klti.

Nigro-piceus, nitidus, convexus, elytrorum thorace sesquilongiorum sutura margineque postico rufo et serie dorsali grosse parumpunctata.

Long. $1^{1}/_{2}$ lin.

Lat. $^{1}/_{3}$ lin.

Habitat in Boletis et Agaricis provinciae Karabagh. (Mus. Acad. Sc. Petropolitanae.)

Trib. III. STAPHYLININI.

Subtribus 1. XANTHOLINI.

Gen. XANTHOLINUS. Dahl.

Spec. 49. *Sanguinipennis.* Klti.

Niger, nitidus, elytris rufis, capite crebre profunde oblongo-punctato, thorace lateribus anticis unisulcato, sulco scrobiculato, disco thoracis antico et postico biseriatim punctato, seriebus in medio disci interruptis, antica breviori, elytris biseriatim punctatis, seriebus irregularibus, interstitiis sparse punctatis, antennis pedibusque nigro-piceis.

Long. $4^{1}/_{2}$ lin.

Lat. $^{4}/_{5}$ lin.

Habitat in Iberia et Armenia.

(Mus. Acad. Sc. Petrop., Com. de Mannerheim et Dris. Kolenati.)

Spec. 50. *Haematodes.* Klti.

Nigro-piceus, nitidus, thorace, ore, antennisque sanguineis, elytris ruguloso-punctatis subaeneis, pedibus rufis; thoracis disco biseriatim regulariter subtilissime,

lateribus irregulariter, punctatis; capite valde convexo subtilissime punctato.

Long. $2^2/_3$ lin.

Lat. $^1/_2$ lin.

Habitat in provincia Elisabethopol et Karabagh, Transcaucasiae.

Spec. 51. *Punctulatus*. Payk. Mon. Staph. 30. 22.
« Erichs. G. et Sp. 328. 46.
Elongatus. Fourc. Ent. P. I. 171. 27.
« Grav. Mon. 98. 98.
Fracticornis. Müll. Prodr. 99. 118.

Habitat in provinciis Transcaucasicis et Caucaso Lhesgico.

Spec. 52. *Tricolor*. Fabr. Mant. Ins. I. 221. 30.
« Erichs. G. et Sp. 331. 51.
Elegans. Grav. Micr. 46. 68.
Affinis. Marsh. Britt. 517. 57.

Habitat in Caucaso occidentali et Iberia.

Gen. **LEPTACINUS.** Erichs.

Spec. 53. *Procerulus*. Grav. Monogr. 95.
« Mannh. Brachelytr. p. 34. 16.

Habitat in sylvis montis Ssarijal provinciae Elisabethopoleos.

Spec. 54. *Apicalis*. Klti.

Niger, nitidus; capite sparse, thorace coleopteris vix angustiore, utrinque biseriatim punctato; elytris apice praecipue ad angulum externum testaceis, subtiliter multiseriatim punctatis, antennis basi, ore pedibusque fusco-testaceis, antennarum apice fusco holosericeo.

Long. $2 - 2^1/_5$ lin.

Lat. $^1/_5$ lin.

Habitat in Iberia prope urbem Tiflis.

Spec. 55. *Pubipennis.* Klti.

Niger, nitidus; capite et thorace crebre, ulteriori vix seriatim punctato, thorace coleopteris angustiore, elytris ferrugineis, basi piceis, subtilissime crebre punctatis, pubescentibus, antennarum articulis tribus basalibus, ore pedibusque testaceis.

Long. 2 lin.

Lat. $^1/_6$ lin.

Habitat in sylvis montis Ssarijal provinciae Elisabethopoleos.

(Mus. Acad. Sc. Petrop.; Comitis de Mannerheim et Dris. Kolenati.)

Spec. 56. *Angusticollis.* Klti.

Niger, nitidus; capite et thorace crebre, ulteriori obsolete seriatim punctato, disco medio anguste impunctato, thorace coleopteris valde angustiore, elytris piceis, apice fusco-testaceis, subtilissime crebre punctatis, pubescentibus, antennarum articulis tribus primis, ore, pedibusque ferrugineis.

Long. 2 — $2^1/_2$ lin.

Lat. $^1/_5$ lin.

Habitat in sylvis Armeniae montuosae et Caucasi occidentalis.

(Mus. Acad. Sc. Petrop., Comitis de Mannerheim et Dris. Kolenati.)

Subtrib. 2. **GENUINI.**

Gen. **STAPHYLINUS.** Linn.

Spec. 57. *Hirtus.* Linn. F. S. 839.

« Ménétriés. C. R. 142. 566.

« Erichs. 346. 1.

Habitat in Caucaso et provinciis Transcaucasicis.

Spec. 58. *Maxillosus.* Linn. F. S. n. 891.
« Ménétr. C. R. 142. 565.
« Erichs. 348. 2.

Habitat cis et trans Caucasum.

Spec. 59. *Murinus.* Linn. F. S. n. 840.
« Ménétr. C. R. 142. 567.
« Erichs. 361. 24.

Habitat in Caucaso et trans.

Spec. 60. *Erythropterus.* Linn. F. S. n. 842.
« Ménétr. C. R. 142. 568.
« Erichs. 377. 53.

In Caucaso et trans.

Spec. 61. *Stercorarius.* Oliv. Ent. III. 42. 18. t. 3. f. 23.
« Nordmann. Symb. 55. 38.
« Erichs. 380. 58.

Habitat in Caucaso et Transcaucasia.

Spec. 62. *Ibericus.* Klti.

Niger, subnitidus, capite thoraceque creberrime subtilissime punctato, sub-aeneo, laevi, antennis pedibus elytrisque rufis, his pubescentibus, scutello nigro-tomentoso.

Long. 5 lin.
Lat. $1^1/_5$ lin.

Habitat in Iberia ad urbem Tiflis.

Similis Speciei *quadriceps* Ménétr. Differt ab illa capite rotundo, thorace nitido non pubescente, scutello nigro pedibusque rufis.

Gen. **OCYPUS.** Kirby.

Spec. 63. *Cyaneus.* Fabr. E. S. I. II. 521. 11.
« Erichs. 405. 2.

Habitat in provinciis Elisabethopol et Karabagh.

Spec. 64. *Similis*. Fabr. E. S. I. II. 521. 7.
« Ménétr. C. R. 143. 572.
« Erichs. 408. 7.

Habitat cis, trans Caucasum et in Persia boreali.

Spec. 65. *Picipennis*. Fabr. E. S. I. II. 521. 8.
« Erichs. 412. 13.
Aeneocephalus. Payk. M. St. II. 6.
« Mannh. Brach. 23. 11.
« Ménétr. C. R. 142. 569.

Habitat in Caucaso et Transcaucasia.

Var. 66. Capite et thorace vix aeneis, nigris, laevibus.

Habitat in Iberia.

Spec. 67. *Cupreus*. Rossi. F. E. I. 248. 612. t. 7. f. 13.
« Erichs. 421. 14 *).
Aeneocephalus. Deg. J. IV. 22. 8.
Aeneicollis. Boisd. et Lacord. I. 25. 74.

Habitat Transcaucasiae.

Gen. **PHILONTHUS**. Leach.

Spec. 68. *Splendens*. Fabr. E. S. I. II. 523. 19.
« Ménétr. C. R. 145. 579.
« Erichs. 429. 1.
Aeneus. Müll. Prodr. 98. 1110.
Sextus. Schaeff. Ic. I. t. 30. f. 12.
Niger. Müll. Faun. Frid. 23. 229.

Var. 69. *Sideropterus*. Klti.

Elytris cyaneis, creberrime punctatis. (Forsan nova species!).

Habitat in Transcaucasia.

---

*) Absque citato *sericeicollis*. Ménétr., nam species haecce secundum exemplaria authentica in collectione Acad. sc. Petropolitanae sat distincta!

Spec. 70. *Politus.* Fabr. S. E. 266. 7.
« Ménétr. C. R. 145. 580.
« Erichs. 444. 26.

Habitat in Caucaso et Iberia.

Spec. 71. *Laminatus.* Creutz. Ent. vers. 128. 9. t. 3. f. 31.
« Erichs. 430. 3.

Habitat in Transcaucasia.

Spec. 72. *Janthinipennis.* Klti.

Niger, nitidus, capite thorace vix angustiore, thorace lateribus rotundato, seriebus dorsalibus appropinque 4 scrobiculatis, lateribus antice uni-, in medio tripunctatis, capite suborbiculato retro stemmata et oculos profunde sparse punctato, elytris cyaneis aut cyaneo-aeneis confertissime punctatis, scutello nigro.

Long. $3^1/_2$ lin.
Lat. $^4/_5$ lin.

Habitat in Caucaso Lhesgico.

(Mus. Acad. Sc. Petrop., et Dris. Kolenati.)

Spec. 73. *Lhesgicus.* Klti.

Niger, nitidus, capite thorace angustiore, rotundato, seriebus dorsalibus 4 punctatis, lateribus antice uni-, in medio tripunctatis, elytris obscure-aeneis confertissime punctatis scutello concoloribus, abdomine supra obscure aeneo, punctato.

Long $4^4/_5$ lin.
Lat. $1^1/_5$ lin.

Habitat in monte Ssalwat Caucasi Lhesgici.

(Mus. Acad. Sc. Petropolitanae.)

Spec. 74. *Atratus.* Grav. Micr. 21. 23.
« Erichs. Col. March. I. 450. 7.
« Nordmann. Symb. 82. 30.

*

Atratus. Erichs. G. et Sp. 439. 18.
Habitat in Georgia Caucasica.
Spec. 75. *Politus*. Fabr. S. E. 266. 7.
« Ménétr. C. R. 145. 580.
« Erichs. 443. 26.
Habitat in Caucaso et Transcaucasia.
Spec. 76. *Umbratilis*. Grav. Micr. 170. 21.
« Erichs. 445. 28.
Subfuscus. Gyllh. Ins. S. II. 326. 42.
« Nordmann. Symb. 84. 41.
Habitat in Caucasi declivitate septentrionali.
Spec. 77. *Varians*. Grav. Mon. 82. 73.
Ebeninus. Grav. Micr. 170. 22.
« Ménétr. C. R. 146. 587.
« Erichs. 461. 56.
Habitat in Caucasi declivitate septentrionali.
Spec. 78. *Corvinus*. Erich. Col. March. I. 462. 24.
Habitat in Caucaso et trans Caucasum.
Spec. 79. *Corruscus*. Grav. Micr. 33. 47.
« Erichs. 465. 62.
Habitat in Transcaucasia.
Spec. 80. *Bipustulatus*. Panz. J. G. 27. 10.
« Ménétr. C. R. 146. 585.
« Erichs. 468. 67.
Habitat in Caucaso et Iberia.
Spec. 81. *Ventralis*. Grav. Micr. 174. 29.
« Ménétr. C. R, 146. 586.
« Erichs. 473. 74.
Immundus. Grav. Mon. 66. 36.
Anthrax. Grav. Micr. 176. 34.
Habitat ad Tanain et trans Caucasum.
Spec. 82. *Osseticus*. Klti.

Niger, nitidus, antennarum articulis duobus basalibus, pedibus abdominisque segmentorum dorsalium marginibus posticis testaceis, elytris thoracis longitudine, piceo-fuscis, subtilissime et dense punctatis, fere aciculatis, thorace margine postico obscure oreque rufo.

Long. $2^1/_2$ lin.

Lat. $^2/_5$ lin.

Habitat in Caucaso centrali ad montem Kasbek in Ossetia.

(Mus. Acad. Sc. Petrop., et Dris. Kolenati.)

Spec. 83. *Rufimanus*. Erichs. G. et Sp. Staph. 476. 80.

Habitat in Iberia et provincia Elisabethopol sub cadaveribus.

Spec. 84. *Fulvipes*. Fabr. E. S. I. II. 526. 31.
« Erichs. 485. 96.

Habitat in Transcaucasia.

Spec. 85. *Tenuis*. Fabr. E. S. I. II. 526. 43.
« Erichs. 488. 101.

Habitat in Transcaucasia.

Spec. 86. *Astutus*. Erichs. G. et Sp. Staph. 492. 108.

Habitat in Caucasi declivitate septentrionali.

Gen. **HETHEROTHOPS**. Kirby.

Spec. 87. *Dissimilis*. Grav. Micr. 125. 1.
« Erichs. 517. 3.
Subuliformis. Gyllh. Ins. S. II. 312. 29.

Habitat in Caucaso et in Iberia.

Subtrib. 3. **OXYPORINI.**

Gen. **QUEDIUS**. Leach.

Spec. 88. *Maurorufus*. Grav. Mon. 56. 20.

Rufo-piceus, nitidus, antennis, thoracis et abdominis

segmentorum margine postico pedibusque rufo-fuscis, capite nigro impunctato, thorace seriebus dorsalibus nullis laevissimo, elytris subtiliter punctatis thorace vix latioribus et longitudine aequalibus, scutello laevi.

Long. $3^1/_2$ lin.

Lat. $^1/_2$ lin.

Habitat in Sylvis Somchetiae cum formicis.

(Mus. Acad. Sc. Petropolitanae.)

Spec. 89. *Fuliginosus.* Grav. Micr. 34. 49.

« Erichs. 537. 20.

Tristis. Grav. Micr. 34. 48.

« Nordm. Symb. 75. 4.

Habitat in Caucaso et trans.

Tribus V. PAEDERINI.

Gen. LATHROBIUM Grav.

Spec. 90. *Elongatum.* Linn. S. N. I. II. 685. 14.

« Erichs. 589. 2.

In Caucaso et ad Tanain.

Spec. 91. *Fulvipenne.* Grav. Mon. 104. 106.

« Erichs. 590. 3.

In Transcaucasia.

Spec. 92. *Castaneipenne.* Klti.

Nigrum, subnitidum, punctatum, thorace capite angustiore, elongato, subparallelo, depressiusculo, elytris thorace paulo brevioribus crebre punctatis rufis, antennis rufis medio fuscis, pedibus rufis.

Long. $3^1/_2$ lin.

Lat. $^2/_5$ lin.

Habitat in Iberia.

(Mus. Acad. Sc. Petropolitanae.)

Spec. 93. *Chalcodactylus.* Klti.

Lineare, rufo-piceum, subnitidum, antennis et ore rufis pedibusque luteis, capite subquadrato, oblongo, thorace angustiore oblongo, laevibus, elytris subtilissime aciculatis, luteo pubescentibus longitudine thoracis vixque latioribus.

Long. $1^1/_2$ lin.

Lat. $^1/_6$ lin.

Habitat in Armenia montuosa (Pambaki et Schuragel.)

(Mus. Acad. Sc. Petrop. et Dris. Kolenati.)

Gen. **SCOPAEUS**. Erichs.

Spec. 94. *Minimus.* Erich. Col. March. I. 311. 13.

« « G. et Sp. Staph. 607. 4.

Habitat in Caucaso.

Spec. 95. *Erichsonii.* Klti. Vide: Tab. XII. fig. 1.

Subtilissime punctulatus, fusco-piceus, subnitidus, thorace et antennis rufis, pedibus testaceis capite nigropiceo, multo latiori quam thorax oblongus, elytra longitudine thoracis, confertissime punctulata apice testacea.

Var. 96. Elytris rufis, abdomine fusco-rufo.

Long. $1^2/_5$ lin.

Lat. $^1/_5$ lin.

Habitat in Transcaucasia, praeprimis in provincia Elisabethopol.

(Mus. Acad. Sc. Petrop.; Comitis de Mannerheim et Dris. Kolenati.)

Gen. **LITHOCHARIS**. Dej.

Spec. 97. *Fuscula.* Ziegl. Mannh. Br. 40. 3.

Fuscula. Boisd. et Lacord. F. E. P. I. 431. 1.
« Erichs. 611. 2.

Ad Tanain et fluvium Kuban.

Spec. 98. *Obscurella.* Erichs. G. et Sp. 624. 25.

Haqitat in provincia Transcaucasica Karabagh.

Gen. **PAEDERUS.** Grav.

Spec. 99. *Litoralis.* Grav. Micr. 61. 4.
« Ménétr. C. R. 147. 592.
« Erichs. 650. 1.

Habitat in Caucaso et trans Caucasum.

Spec. 100. *Riparius.* Fabr. S. E. 268. 1.
« Ménétr. C. R. 147. 593.
« Erichs. 653. 8.

Habitat in Iberia, Caucaso et ad Tanain.

Spec. 101. *Ruficollis.* Fabr. Sp. J. I. 339. 2.
« Ménétr. C. R. 147. 594.
« Erichs. 662. 26.

Habitat in Caucaso et Transcaucasia, in Caucasi septentrionali declivitate frequentior.

Tribus VI. STENINI.

Gen. **STENUS.** Latr.

Spec. 102. *Biguttatus.* Fabr. S. El. II. 602. 1.
« Erichs. 690. 1.

Habitat in Caucaso et trans.

Spec. 103. *Carbonarius.* Gyllh. J. S. IV. 505. 13 · 14.
« Erichs. 696. 11.

Habitat in Transcaucasia.

Spec. 104. *Ruralis.* Erichs. G. et Sp. Staph. 697. 13.

Habitat in provincia Elisabethopol.

Spec. 105. *Providus.* Erichs. Col. March. I. 546. 19.
« « G. et Sp. 707. 32.
Long. 2 lin.
Habitat in Transcaucasia.

Spec. 106. *Fuscipes.* Grav. Micr. 157. 8.
« Erichs. 716. 49.
Habitat in Caucaso et trans.

Spec. 107. *Bifoveolatus.* Gyllh. J. S. IV. 500. 9 — 10.
« Erichs. 723. 63.
Habitat in Transcaucasia.

Tribus VII. OXYTELINI.

Subtribus 3. GENUINI.

Gen. BLEDIUS. Leach.

Spec. 108. *Debilis.* Erichs. G. et Sp. Staph. 778. 36.
Habitat in provincia Karabagh.

Spec. 109. *Pubescens.* Klti.

Niger, opacus, luteo dense-pubescens, thorace coleopteris paulo angustiore aeque lato ac longo, angulis posterioribus fortiter rotundatis, elytris thorace longioribus, tibiis tarsisque testaceis.

Long. $1^1/_3$ lin.
Lat. $1^1/_5$ lin.

Habitat in provincia Elisabethopol et Karabagh.
(Mus. Acad. Sc. Petrop., et Dris. Kolenati.)

Gen. PLATYSTHETUS. Mannerh.

Spec. 110. *Morsitans.* Payk. Mon. App. 145. 23 — 24.
« Erichs. 782. 1.

Habitat ad Tanain et in Caucasi declivitate septentrionali.

Spec. 111. *Cornutus.* Grav. Micr. 109. 10.
« Erichs. 782. 2.
Habitat ad Tanain, in Caucaso et Transcaucasia, imo in confinio Persiae.

Spec. 112. *Nodifrons.* Sahlbg. Ins. Fenn. I. 412. 8.
« Erichs. 783. 3.
Habitat in Ciscaucasia.

Gen. **OXYTELUS**. Grav.

Spec. 113. *Carinatus.* Panz. F. G. 57. 24.
« Erichs. 786. 1.
Habitat in Caucaso et trans.

Spec. 114. *Piceus.* Grav. Micr. 105. 5.
« Ménétr. C. R. 147. 596.
« Erichs. 788. 4.
Habitat in Caucaso.

Spec. 115. *Luteipennis.* Erich. Col. March. I. 593. 8.
Habitat in Cis et Transcaucasia.

Spec. 116. *Sculpturatus.* Grav. Mon. 187. 5. b.
« Erichs. 790. 9.
Habitat in Transcaucasia.

Spec. 117. *Nitidulus.* Grav. Micr. 107. 8.
« Erichs. 795. 18.
Habitat in Cis- et Transcaucasia.

Spec. 118. *Intricatus.* Erichs. Sp. et G. St. 794. 17.
Habitat in Caucaso et trans.

Gen. **TROGOPHLOEUS.** Mannerh.

Spec. 119. *Dilatatus.* Erichs. Col. March. I. 599. 1.
« G. et Sp. Staph. 802. 1.
Habitat in Ciscaucasia et ad Tanain.

Spec. 120. *Mannerheimii.* Klti. Vide. Tab. XII. fig. 2.

Elongatus, niger, subtiliter cinereo-pubescens, antennarum articulo primo femoribusque rufis, tibiis antennarumque articulis fuscis, thorace cordato, postice transversim semilunariter profunde impresso, in medio disci foveolato aut obscure sulcato, elytris thorace dimidio latioribus.

Long. $1^2/_3$ lin.

Lat. $^1/_4$ lin.

Habitat in provincia Karabagh et Elisabethopol.

(Mus. Acad. Sc. Petrop.; Comitis de Mannerheim et Dris. Kolenati.)

Spec. 221. *Bilineatus* Kirbg. Steph. Ill. Britt. Ent. V. 467. 1.

« Erichs. 806. 11.

Habitat in provincia Elisabethopol.

Tribus X. OMALINI.

Gen. **ANTHOPHAGUS**. Grav. **LESTEUA**. Latr.

Spec. 122. *Bicolor*. Fabr. E. S, I. II. 529. 47.

« Erichs. 855. 1.

Obscurus. Payk. F. S. III. 388. 28.

Habitat in Caucaso et trans illum.

Gen. **OMALIUM**. Grav.

Spec. 123. *Caesum*. Grav. M. 209. 12. *a*.

« Erichs. 878. 6.

Oxyacanthae. Gyll. J. S. II. 217. 16.

Habitat in Caucaso.

Spec. 124. *Florale*. Fabr. S. El. II. 604.

« Payk. M. Staph. 67. 47.

« Erichs. 879. 10.

Habitat in Caucaso.

Spec. 125. *Caucasicum.* Klti.

Elongatum, subdepressum, parce et subtilissime pubescens, nigro aut rufo-piceum, nitidum, tibiis tarsisque testaceis, totum crebre et profunde punctatum, abdomine nigro, parce pubescenti nitidissimo subtilius punctato.

Long. $1^1/_3$ lin.

Lat. $^1/_3$ lin.

Spectat inter *concinnum.* Marsh. et *planum.* Payk. Differt a *concinno* antennis femoribusque piceis, tibiis testaceis, elytris cum thorace aequaliter punctatis, ceterum brevius.

Habitat in Caucaso et trans Caucasum.

(Mus. Ac. Sc. Petropolitanae et Dris. Kolenati.)

Tribus XI. PROTEININI.

Gen. **PROTEINUS**. Latr.

Spec. 126. *Macropterus.* Gyllh. J. S. II. 209. 10.
« Erichs. 903. 3.

Habitat in Transcaucasia.

Spec. 127. *Brachypterus.* Fabr. E. S. I. I. 235. 46.
« Erichs. 903. 1.

Habitat in Caucaso et trans Caucasum.

Praemonenda.

Quoad distributionem geographicam *Pselaphidum*, *Scydmaenorum* et *Notoxidum* pauca adhuc dicere audeo; Microcoleoptera enim altero tantum itineris mei anno colligere potui in provinciis Transcaucasicis tutioribus, quum anno praecedenti expeditionibus militaribus in Circassia adnexo aut in periculoso Caucaso Lhesgico brevi tempore commoranti nec horae otiosae neque periculo vacuae erant. *Pselaphidum septem* reperi *species*, quarum *duae novae* et descriptionibus illustrandae. Pselaphi praeprimis in regione degunt sylvosa et nemorosa, rarius ad amnium ripas, ubi musci et folia sunt delapsa, hinc tempore ibidem locorum inveniuntur hyemali atque vernali. Unicam speciem, *Batrisum Ruprechtii*, in summo regionis sylvosae termino, prope pagum Osseticum Görgeti, ad altitudinem 915. orggiarum gallicarum, detexi, reliquae in Transcaucasia occurrunt. Omnium frequentissima est *Bryaxis antennata*. — Ita etiam est cum *Scydmaenis*, nisi, quod in vepreculis et virgultis quoque inveniantur. Unicus mihi ubicumque obvenit *Scydmaenus Stevenii*, ast notabilis altera forma:

Megaladerus perispinctus, qui transitum a genere *Euteuia* ad *Atomariam* (Cryptophagos) facit. —

Notoxides insecta sunt vespertina amantque praeprimis vepreculas et deserta salina. Insident plantis peculiaribus, quae planitiei tali habitum tribuunt alienum, ut: *Salsola, Nitraria, Anabasis, Halimocnemis, Schoberia, Lagonychium, Chenopodium, Halocnemum, Halostachys, Salicornia, Glinus, Statice, Harmala, Capparis.* — *Duodecim Anthicorum* in desertis Transcaucasicis collegi *Species*, e quibus omnes sunt aestimabiles et *quinque novae.* — *Xylophili* in regione degunt nemorosa et *tres* nobis e Caucaso innotescunt *species.* —

FAMILIA

PSELAPHINI.

Genus: **TYCHUS**. Leach.

Spec. 128. *Ibericus.* Motsch. Victor. Mosc. Bull. IV. p. 319. fig. *g. h.*
« « « « Bullet. Tom. V. p. 414.

Habitat in provincia Elisabethopol et Karabagh.

Genus: **BYTHINUS**. Leach.

Spec. 129. *Securiger.* Reichb. M. Psel. 45. 9. t. 1. f. 9.
« Erichs. K. B. I. 1. p. 272. 2.
« Aubé. M. Ps. p. 36. 4. T. 85. f. 4.

Habitat in Transcaucasia.

Genus: **BRYAXIS**. Leach.

Spec. 130. *Antennata.* Aubé.
Denticornis. Gené.

Habitat in Transcaucasia ad Elisabethopolin.

Genus: **PSELAPHUS**. Herbst.

Spec. 131. *Heisei.* Hbst. Kaef. IV. 109. 1. t. 38. f. 9. 10.
« Erichs. K. B. I. 1. p. 266. 1.
« Aubé. M. Ps. p. 19. 1. et 2. I. 80. fig. 1 et 2.

Habitat in Caucaso et trans.

Genus: **BATRISUS** Aubé.

Spec. 132. *Ruprechtii.* Klti. Vide Tab. XII. fig. 3.

In memoriam Collegae amicissimi Botanographi Med. Dris. Ruprecht denominatus.

Oblongus, ruber, valde convexus, nitidus, sparse luteo-pilosus, fronte elevata, retro stemmata profunde utrinque excavata pone oculos fossulata, vertice elevato, thorace unilineato, postice quadrituberculato, elytris irregulariter punctatis, lateribus tuberculatis ad suturam unilineatis.

Long. 1 lin.
Lat. elytr. $^1/_4$ lin.
Crassities $^1/_4$ lin.

Lineaticolli. Dej. similis, differt antennarum articulo penultimo incrassato.

Habitat in Muscis montis Kasbek ad pagum Görgeti.

Genus: **CTENISTES**. Reichb.

Spec. 133. *Palpalis.* Reichb. M. p. 76. tab. I. f. A. a.
Dejeanii. Encylc. (Dionyx.)

Habitat in provincia Elisabethopol ad montem Ssarijal.

Gen. **TRIMIUM**. Aubé.

Spec. 134. *Caucasicum.* Klti. Vide Tab. XII. fig. 4.

Rufum, subtilissime villosum, nitidum, fronte glabra,

retro oculos bifoveolata, thorace paulo angustiori quam caput, *elytra* breviter luteo-pilosa, linea suturali tenuissima, media longa basique profunda, *abdominis* margine sursum flexo.

Long. $^1/_2$ lin.

Lat. $^1/_6$ lin.

Habitat in muscis et sub foliis delapsis Caucasi et Transcaucasiae.

(Mus. Acad. Sc. Petrop. et Dris. Kolenati.)

Fam. SCYDMAENIDES. Leach.

Gen. MEGALADERUS. Stephens.

Illust. of. Br. E. of. Br. E. Mandib. Vol. V. p. 428.

(*α μεγαλη*, magnus et *δερη*, collum).

TITTOSOMA. Vesmail.

CEPHENIUM. Müll.

Spec. 135. *Perispinctus.* Klti. Vide Tab. XII. fig. 5.

Rufo-luteus, nitidus, luteo aut aureo-pilosus, *thorace* maximo, antico rotundato, gibbo, elytris latiori, *capite* magno, inserto, prolongato, deflexo, *antennis* ferrugineis pubescentibus, *pedibus* luteis.

Long. integr. $1^1/_5$, long. thor. $^2/_5$, elytror. $^3/_5$ Millim.

Lat. capitis: $^1/_6$, thor. $^2/_5$, elytror. $^2/_5$ Millim.

Habitat sub foliis deciduis et in muscis regionis sylvosae et nemorosae provinciae Karabagh.

Gen. SCYDMAENUS. Latr.

Spec. 136. *Stevenii.* Schüpp.

Rufo-piceus, nitidus, sparse pilosus, *thorace* subquadrato, rotundato, postice profunde bi-foveolato, *elytris*

oblongo-punctatis, basi 4 foveolatis, *antennis pedibusque* flavis.

Long. integra 1 Millim.

Latitudo ½ Millim.

Habitat sub foliis delapsis sylvarum provinciae Transcaucasicae Elisabethopol.

Fam. NOTOXIDES.

a. Thorace cornuto.

Gen. MONOCERUS. Meg.

Spec. 137. *Monoceros*. Linn. S. N. II. 681. 14.
« Fabr. S. El. I. p. 291. n. 12.
« Ménétr. C. R. p. 205. n. 906.

Habitat in Caucaso et Transcaucasia, rarus.

b. Thorace inermi.

α. Capite petiolato, thorace elongato.

Gen. FORMICOMA. Motsch.

Spec. 138. *Nobilis*. Falderm. Faun. E. T. P. II. p. 107. n. 363. *Cursor*. Motsch.

Habitat in desertis provinciae Elisabethopol, Transcaucasiae.

Spec. 139. *Floralis*. Linn. Martyn. Col. pl. 39. f. 4. 5.
N. 2. 212. 10.
Fabr. S. E. I. 291. 15.
Steph. Ill. of. Br. E. Vol. V. p. 75. 5.

Habitat in Caucaso, praeprimis Ciscaucasia.

Spec. 140. *Longicollis*. Schmidt.

Nigro-piceus, elongatus, punctulatus, nitidus, brevitenuiter pubescens, antennarum femorumque basi et tibiis rufis, elytris maculis quatuor luteis.

Long. integra 4, thor. $1^1/_5$, elytr. $2^3/_4$ Millim.
Lat. corp. $^3/_4$, thor. $^3/_5$, elytr. $1^1/_8$ Millim.

Habitat in desertis salinis provinciae Elisabethopol et Karabagh.

Spec. 141. *Chaudoiri.* Klti. Vide Tab. XIII. fig. 6.

(In honorem Rossici Coleopterologi *Liberi Baronis de Chaudoir* denominatus, qui anno 1845 Caucasi occidentalis declivitatem meridionalem peragravit multasque detexit inprimis Carabicinorum species.)

Nigro flavoque pictus, pubescens, nitidus, punctatus, elongatus.

Caput rufo-piceum, rotundatum, convexum, vix punctatum, thorace latius; *thorax* elongatus ante medium dilatato rotundatus, postice valde angustatus, supra gibbus, vix punctatus, lateribus pone medium impressus, flavo-rufus; *coleoptera* parallela, postice rotundata, antice distinctius crebrius profundiusque punctata, nigropicea, fasciis duabus transversis luteis, pone scutellum profundius tincta; *antennae* capite cum thorace vix longiores rufo-fuscae; *pedes* testacei.

Long. integra $2^4/_5$, thor. $^4/_5$, elytr. $^3/_5$ Millim.
Lat. cap. $^1/_2$, thor. $^1/_3$, elytror. $^3/_4$ Millim.

Habitat in provinciae Karabagh desertis salinis.

(Mus. Acad. Sc. Petrop.; Comitis de Mannerheim; B. Chaudoir; et Dris. Kolenati.)

β. Capite vix petiolato.

Gen. **ANTHICUS**. Fabr.

Spec. 142. *Hirtellus.* Fabr. S. suppl. 70. 11.
« « S. E. I. p. 292. n. 18.

Habitat in Caucaso orientali, praeprimis Lhesgico.

Spec. 143. *Kolenatii.* Mannerheim in litt. Vide Tab. XIII. fig. 7.

Nigro-piceus, tenuissime pubescens, nitidus, thoracis basi rufo-picea fasciisque duabus elytrorum testaceis, fascia postica interrupta.

Caput nigro-piceum, subquadratum, convexum, subtilissime punctatum, thorace paulo latius; *thorax* subcordatus, longior ac latior, modice convexus, nigro-piceus, subtiliter punctatus, basi rufo-picea; *coleoptera* subparallela, medio paulo latiora, postice rotundata pone suturam angulo fere recto, crebre punctata, basi, medio et apice nigro-picea; *antennae* fuscae capite cum thorace paulo longiores; femora picea, antica crassiora, tibiae fuscae.

Long. integr. $2^4/_5$, thor. $^1/_2$, elytr. $1^2/_3$ Millim.

Lat. cap. $^1/_2$, thor. $^2/_5$, elytr. $^3/_4$ Millim.

Habitat in plantis salinis provinciae Elisabethopol, Transcaucasiae.

(Mus. Acad. Sc. Petrop.; Comitis de Mannerheim et Dris. Kolenati.)

Spec. 144. *Bifasciatus.* Rossi. F. E. I. 139. 354. *β.* t. 2. f. 14.

« « Mantiss. Inf. p. 45. n. 113.

4 *pustulatus.* Dahl. Dej. Cat. p. 238.

Habitat frequens in Iberia, Somchetia et Armenia, nec deest in Caucaso.

Var: 145. *Tristis.* Schmidt.

Capite nigro, elytrorum basi latius nigra, fasciis aurantiacis.

Habitat cum praecedenti.

Spec. 146. *Leptostemma.* Klti. Vide Tab. XIII. fig. 8.

Nigro-piceus, pubescens, subnitidus, thorace rufo-luteo, elytris luteis, nigro-fascatis.

Caput nigrum, subquadratum, thorace vix latius, subtilissime punctatum; *thorax* subcordatus, modice convexus, rufo-luteus, postice truncatus; *coleoptera* elongato-ovata, medio latiora, postice rotundata, dorso luteo-pubescentia, subtilissime punctato-aciculata, lutea, basi, fascia media interrupta apiceque anguste nigro-picea; *antennae* basi luteae apice fuscae; *femora* picea, *tibiae tarsique* testacei.

Long. integra $3^2/_5$, thor. $^1/_2$, elytr. $2^2/_5$ Millim.
Lat. cap. $^1/_2$, thor. $^1/_2$, elytr. $1^1/_6$ Millim.

Habitat in provincia Karabagh.

(Mus. Acad. Sc. Petrop. et Dris. Kolenati.)

Spec. 147. *Varians.* Klti. Vide Tab. XIII. fig. 9.

Niger, sparsim longe-albido-pilosus, subnitidus, thorace et elytrorum basi rufis.

Caput nigrum rotundatum, thorace latius, subtilissime aciculatum; *thorax* elongatus, ante medium dilatatus, convexus, postice paulo angustatus, medio canaliculatus, obsolete punctatus, rufus; coleoptera oblongo-ovata, medio dilatata et convexiora, postice rotundata, crebre subtiliter punctata, nigro-picea, basi late et macula obsoleta anteapicali lutea; *antennae pedesque* rufi.

Long. integra $2^1/_5$, thor. $^1/_2$, elytr. $1^1/_5$ Millim.
Lat. cap. $^2/_5$, thor. $^1/_3$, elytr. $^4/_5$ Millim.

Habitat in Iberia prope urbem Tiflis.

Spec. 148. *Inflatus.* Klti. Vide Tab. XIII. fig. 10.

Luteus, longe luteo-pilosus, punctatus, subnitidus; capite nigro, fasciis elytrorum duabus anteapicalibus nigro-fuscis.

Caput nigrum, subquadratum, punctatum, luteo-pilosum, thorace latius; *thorax* elongatus ante medium paulo dilatatus, postice angustatus, crebre subtilissime acicu-

lato punctatus, rufo-luteus, breviter luteo-pilosus; *elytra* medio dilatata, convexa, inflata, angulo postico interno subacuto, externo nullo, coleoptera profundius punctata, longe densiusque luteo-pilosa, lutea, fascia anteapicali et apice fuscis; *antennae pedesque* rufo-lutei.

Long. integra $2^1/_5$, thor. $^2/_5$, elytr. $1^2/_5$ Millim.
Lat. capitis $^2/_5$, thor. $^1/_3$, elytr. 1 Millim.

Habitat in salsolis deserti Schiraki fluvii Alazonii, Transcaucasiae.

Spec. 149. *Unicolor.* Schmidt.

Nigro-sub-aeneus, nitidus, sparse pilosus, punctatus.

Caput subquadratum, convexum, punctatum, thorace vix latius; *thorax* subcordatus, postice truncatus, paulo convexus, crebre punctatus; *coleoptera* angulis posticis obtusis, punctata, apice obsolete lutea; *antennae* basi rufae apice nigrae, *femora* nigra, *tibiae tarsique* flavi.

Long. integra $2^4/_5$, thor. $^1/_2$, elytr. $1^3/_5$ Millim.
Lat. capitis $^2/_5$, thor. $^2/_5$, elytr. $^4/_5$ Millim.

Habitat in plantis salinis ad fluvium Cyrum prope Elisabethopolin.

Gen. XYLOPHILUS. Bonelli.

Spec. 150. *Oculatus.* Gyllh. II. 501.
Calycinus. Panzer.

Habitat in fructicetis Iberiae et Armeniae.

Spec. 151. *Populneus.* Fabr. S. E. I. 272.
« Steph. Ill. of. Br., J. Vol. V. p. 77. 1.

Testaceo-ferrugineus, subtiliter-punctulatus, pubescens, elytris basi et medio denudatis, capite nigricante.

Habitat cum praecedenti, frequentior.

Spec. 152. *Testaceus.* Dej. Cat. 239.

Testaceus, subtilissime punctulatus, pubescens, elytris non denudatis, capite testaceo.

Habitat frequentissimus in fruticetis Transcaucasiae.

FAMILIA

XYLOPHAGA.

Genus **HYLURGUS.** Latreille.

Spec. 153. *Longulus.* mihi.

Elongatus, parallelus, cylindricus, nigro-piceus, nitidus, sparsim pilosus, profunde punctatus; capite laevi; antennis, ore pedibusque rufis; *thorax* latitudinis coleopterorum et cum illis profunde vix seriatim scrobiculatus, torulo longitudinali in medio disci impunctato; *coleoptera* dimidio longiora quam thorax.

Long integra 2, thor. $^2/_3$, elytr. 1 Millim.
Lat. $^1/_2$ Millim.

Inhabitat pineos truncos inprimis in regione sic dicta Shamlogh, territorii Airum, montis Kaepes-Dagh, provinciae Transcaucasicae Elisabethopol, rarus ob Pineta Transcaucasiae rara

Genus **HYLESINUS.** Fabricius.

Spec. 154. *Brevicollis.* mihi.

Brevis, incrassatus, niger, seriatim scopaceus, rugoso-punctatus, capite laevi, *antennis pedibusque* nigro-piceis, *tarsis* rufis; *thorax* aeque longus ac latus, antice attenuato-rotundatus, subtilius et crebrius ruguloso-punctatus, pubescens; *coleoptera* thorace postico vix latiora,

rugoso-punctata, seriatim luteo-pilosa, pilis brevibus et crassis.

Long. integra $1^3/_4$, thor. $^2/_3$, elytr. $1^1/_5$ Millim.
Lat. 1 Millim.

Simillimus H. *Rhododactylo.* Ratzeb. Tab. VII. f. 13. Differt jam primo intuitu elytris ruguloso-punctatis.

Inhabitat Fagi truncos in Iberia et Armenia.

Genus **BOSTRICHUS.** Fabricius.

Spec. 155. *Ratzeburgii* mihi. Vide Tab. XIV. fig. 11.

Brevis, crassus, teres, nigro-piceus, nitidus, pilis longis luteis obsitus; caput nigrum, punctulatum, medio costula paulo elevata impunctata, sulculis utrinque versus basin tribus brevibus; *thorax* valde convexus, medio paululum, elytris autem vix latior, tuberculis elevatis subacutis in parte antica obsitus, medio disci conico-gibbus postice punctatus; *coleóptera* seriatim profunde-punctata, punctis magis transversis, interstitiis punctulatis et nitidis; *antennae pedesque* lutei.

Long. integra $3^1/_2$, thor. $1^1/_2$, elytr. 2 Millim.
Lat. $1^1/_2$ Millim.

Simillimus *B. Dispari.* Hellw.; differt elytris postice rotundatis globosis, numquam oblique rotundato-truncatis, impressionibus transversis, interstitiis punctulatis.

Inhabitat truncos Quercus Ibericae.

(Mus. Acad. Sc. Petrop. et Dris. Kolenati.)

Spec. 156. *Bulmerincqii.* mihi. Vide Tab. XIV. fig. 12.

Elongatus, parallelus, cylindricus, piceus, subnitidus, sparsim pilosus; caput rufo-piceum, punctulatum; *thorax* rufo-piceus, medio rufus, longior ac latus, quadrato-cylindricus, supra dimidium tuberculosus, postice rugulosus, angulis posticis rectis, non productis, post dimi-

dium obsolete circumcincte impressus; *coleoptera* picea aut nigro-picea, dense striato-punctata, interstitiis punctulatis, postice globosa, sulcata; *antennae pedesque* rufo-lutei.

Long. integra $2^3/_5$, thor. 1, elytr. $1^2/_5$ Millim.
Lat. $^5/_6$ Millim.

(In honorem et memoriam Dni. Chiliarchae ab Bulmerincq, Entomologi Petropolitani a me denominatus.)

Simillimus *B. bicolori.* Hbst. Differt magnitudine, thorace antico non attenuato, postico ruguloso, angulis rectis, minorique pilositate.

Inhabitat Fagi truncos in Iberia et Caucaso.

Genus **APATE.** Fabricius.

Spec. 157. *Nigriventris.* Lucas. Annales de la Soc. Ent. Paris. Bullet. Ent. 1843. p. XXV.

Habitat sub cortice truncorum Mori, Transcaucasiae.

Spec. 158. *Luctuosa.* Olivier. IV. No. 77. pl. I. fig. 6.
« Rossi. F. E. Tab. 5. fig. 3.

Pluries capta in truncis Tiliae Caucasi et Transcaucasiae.

Genus **PSOA.** Fabricius.

Spec. 159. *Viennensis.* Fabr. S. Eleuth. I. p. 293. 57. 1.
« Herbst. Col. 7. 214. tab. 109. fig. 5.

Habitat in Iberia.

Genus **CIS.** Latreille.

Spec. 160. *Boleti.* Fabr. S. El. I. p. 323. 62. 7.
« Herbst. Col. 4. 137. 17. tab. 41. fig. 3.

Habitat in boletis arborum emortuarum Caucasi.

Spec. 161. *Festivus.* Gyllh. } Dej. Cat. p. 335.
Vestitus. Schönh. }

Cum Praecedenti.

Spec. 162. *Punctulatus.* Gyllh. } Cat. pag. 335.
Fucatus. Dej.

Inhabitat boletos Fagi, Transcaucasiae.

Spec. 163. *Brevis.* Schönh. . . . .

Cum praecedenti.

Genus **CORTICARIA.** Marsham.

Spec. 164. *Pubescens.* Illiger. Mannerh. Monog. p. 17. n. 1.

Habitat sub arborum cortice et foliis delapsis Caucasi.

Spec. 165. *Motschulskii.* mihi.

Elongata, rufo-picea, subnitida, tenuissime pubescens, antennis pedibusque rufo-testaceis, *capite* et *thorace* rufo; *caput* latius; *thorax* subrotundatus, convexiusculus, profunde-punctatus, lateribus crenulato-dentatis, postice vix foveolatus; *coleoptera* striato-punctata, interstitiis seriatim punctulatis.

Long integra $1^4/_5$, thor. $^2/_3$, elytr. 1 Millim.
Lat cap. $^2/_5$, thor. $^3/_5$, elytr. $^4/_5$ Millim.

Simillima *C. longicorni.* Hbst. Differt antennis totis rufo-testaceis, capite et thorace rufo, thorace postice vix foveolato, marginibus lateralibus denticulatis; ceterum minor.

Habitat sub arborum emortuarum cortice in provinciis Transcaucasicis.

Spec. 166. *Elongata.* Schüppel. Mannerh. Mon. p. 44. n. 35.

Frequens in domibus et sub foliis delapsis Caucasi et trans Caucasum.

Spec. 167. *Distinguenda.* Chevrier. Mannerh. Mon. p. 61. n. 57.

In Iberiae et Armeniae sylvis ac nemoribus.

Genus **LATHRIDIUS.** Illiger.

Spec. 168. *Mannerheimii.* mihi. Vide Tab. XIV. fig. 13.

Oblongo-ovatus, ferrugineus, glaber, thorace quadrato, ante medium paulo dilatato, depresso, lateribus late marginatis, marginibus sursum flexis, subtilissime punctato, medio sulco longitudinali in capitis cervicem producto et impressione postica transversa obsoleta; *coleoptera* valde convexa, medio dilatata, profunde striato-punctata, interstitiis basi convexioribus; *antennis pedibusque* ferrugineis.

Long. integra $^1/_5$, thor. $^2/_5$, elytr. $^3/_5$ Millim.
Lat. cap. $^2/_5$, thor. $^3/_5$, elytr. 1 Millim.

Habitat sub cortice Fagi et foliis delapsis provinciae Elisabethopol et Karabagh.

(Mus. Acad. Sc. Petrop., Comitis ab Mannerheim et Dris. Kolenati.)

Spec. 169. *Transversus.* Oliv. (Ips.) Ent. II. 18. p. 14. 20. pl. 3. fig. 20. *a. b.*
« Mannerh. Mon. p. 94. n. 33.
Sculptilis. Hummel. Ess. IV. p. 13.

In quisquiliis et sub arborum cortice Caucasi et Transcaucasiae.

Spec. 170. *Minutus.* Linné S. N. II. p. 675. 12.
« Mannerh. Mon. p. 96. n. 34.
Porcatus. Hbst. Col. V. p. 6. 4. t. 44. f. 4. *d. D.*

In domibus et ligno Caucasi et Iberiae.

Spec. 171. *Filiformis.* Dejean. Cat. edit. 3. p. 336.
« Mannerh. Mon. p. 104. n. 43.

Habitat in boletis truncorum et in Umbilicaria murina Caucasi et Transcaucasiae.

Memoratu dignum, quod in boletis et Umbilicariis herbarii mei Caucasici anno jam elapso tanta copia ap-

paruit ut Petropoli herbarium investigans quinquaginta adhuc exemplaria aut viva aut mortua cum larvis invenerim.

Genus **MONOTOMA.** Herbst

Spec. 172. *Quadricolle.* Aubé. Essai sur le Genre Monot. Annales de la Soc. Ent. Paris. Tome VI. p. 465. pl. 17. f. 7.
Angustata. Steph. Ill. of. Brit. Ent. III. p. 102.

Inveniendum sub arborum cortice provinciae Elisabethopol.

Spec. 173. *Caucasicum.* mihi.

Omnium minimum, lineare, piceum, subnitidum, nudum, vix punctulatum, capite nigro-piceo; *thorace* elongato, quadrangulari, lateribus paulo dilatato, basi obsolete bifoveolato, elytris angustiori ast capite latiori, disco sub-convexo, marginibus edentulis; *coleopteris* parallelis, aciculatis, apice obsolete rufescentibus; *antennis pedibusque* fuscis.

Long. integra $1\,^1/_5$, thor. $^2/_5$, elytr. $^3/_5$ Millim.
Lat. cap. $^1/_5$, thor. $^1/_4$, elytr. $^2/_5$ Millim.

Habitat sub cortice truncorum districtus Airum ad fluvium Kjuraktschai et pagum Tschaikaent, provinciae Elisabethopol.

(Mus. Ac. Sc. Petropolitanae, Comitis ab Mannerheim et Dris. Kolenati.)

Genus **TRIPHYLLUS.** Megerle.

Spec. 174. *Fumatus.* Linné. S. N. II. 564. 22. F. S. 432.
Variabilis. Paykull. Fn. Sv. I. 282. 7. *β.* I. 292. 19.

Variabilis. Herbst. Col. I. 141. 22. t. 41. f. 5.
Habitat sub foliis emortuis Caucasi et Iberiae.

Genus **LYCTUS**. Fabricius.

Spec. 175. *Canaliculatus*. Fabr. S. E. T. II. p. 562. 166. 13.
« Panz. F. G. 4. tab. 16.
Unipunctatus. Hbst. Col. 5. tab. 46. f. 3.
Habitat sub cortice et in ligno Salicum Caucasi et Transcaucasiae, inprimis ad fluvium Cyrum.

1.



2



3.



4.



5.




1. Scopaeus Erichsonii. Klti.. 2. Trogophloeus Mannerheimii. Klti.

3. Batrisus Ruprechtii. Klti.. 4. Trimium Caucasicum. Klti..

5. Megaladerus perispinctus. Klti..

W. Pape et Birkhahn del.


6.



7.




8.



9.



10.



6. Formicoma Chaudoirii. Klti..
7. Anthicus Kolenatii. Mannerh..
8. Anthicus leptostemma. Klti..
9. Anthicus varians. Klti..
10. Anthicus inflatus. Klti..

W. Pape et Birkhahn del.

12.



11.



13.



11. Bostrichus Ratzeburgii. Klti. 12. Bostrichus Bulmerincqii Klti.
13. Lathridius Mannerheimii Klti.

W. Pape et Birchahn del.

MELETEMATA ENTOMOLOGICA

auctore

Friderico A. Kolenati

Medicinae Doctore

Botanices in Alma ac Antiquissima Caesareo-Regia Universitate Carolo-Ferdinandea Assistente emerito, Facultatis medicae Pragenae membro, Academiae sub auspiciis Celsissimae Archiducis Sophiae membro honorario ac fundativo, Korodochii ad Sanctam Mariam de Victoria conpraesidi, Societatum Imperialis Naturae scrutatorum Mosquensis et Regii Musei Nationalis Czechici membro ordinario, Condecorato numis merito civili dicatis Régio Württembergico ac Magni-ducalis Weimarano.

Fasc. IV.

PETROPOLI.

1846.

Jussu et impensis Academiae.

Fuss.

HEMIPTERA

CAUCASI.

PENTATOMIDAE

MONOGRAPHICE DISPOSITAE

A

F. A. Kolenati.

Accedunt Tabulae II coloratae.

PETROPOLI. 1846.

Typis Imperialis Academiae Scientiarum.

Agricolae Pentatomidae magni sunto momenti!

VIRO

EXCELLENTISSIMO

CLARISSIMO AC DOCTISSIMO

PAULO HENRICO A FUSS

PHILOSOPHIAE DOCTORI

IMPERATORI AUGUSTISSIMO A CONSILIIS VERE PUBLICIS IMPERIALIS ACADEMIAE SCIENTIARUM PETROPOLITANAE PERPETUO A SECRETIS

UNIVERSITATIS CAESAREAE CASANENSIS, SOCIETATUM OECONOMICAE, MINERALOGICAE PETROPOLITANAE; NATURAE CURIOSORUM, OECONOMIAE RURALIS MOSQUENSIS; LITTERARUM CURONAE ET FENNICAE; ACADEMIARUM REGIARUM GOETTINGENSIS, HAVNIENSIS, UPSALENSIS, MODENENSIS, BRUXELLENSIS. HARLEMENSIS, BASILENSIS, PANORMITANAE, HEIDELBERGENSIS, EDIMBURGENSIS, BATAVIAE, MULTARUMQUE ALIARUM SOCIO

ORDINUM ROSSICORUM S-ti STANISLAI I-mae, S-ti VLADIMIRI III-tiae, S-tae ANNAE II-dae CLASSIS CUM CORONA IMPERIALI ET REGII BORUSSICI AQUILAE RUBRAE II-dae CLASSIS EQUITI

SUMMA OBSERVANTIA

DEDICAT

Auctor.

P r o l o g u s.

Pentatomidae, sit licentia verbis, repraesentant *Coleoptera* in Hemipteris; *Tesseratomidae* vices obeunt *Dipterorum* et *Hymenopterorum; Harpagocorisiarum* Haemathelges, Anthothelges, Membranosae et Hydrometridae vicariae sunt *Orthopterorum; Colymbicorisiae* (Notonectidae) transitum faciunt ad *Heteroptera* (Cicadas et Cicadellas).

Sic, benevole lector, in qualibet insectorum classe entomata omnia quoad formam et vivendi rationem renata conspexeris.

Pentatomidae, Heteropterorum perfectissimae atque pulcherrimae, hemipterologo sunt gratae, agricolae hortulanoque graves; nam frumenta oleraque, baccas et fructus infigunt atque odore inprimis contaminant nauseoso. *Pentatomidae* destillatores sunt olei fragrantis plantarum (praecipue seminum Umbellatarum) odoremque spargunt peculiarem coriandrinum per ostiola odorifera superiora et inferiora metathoracis; hinc facillime pinguescunt coloremque mutant; inde etiam ab avibus et serpentibus lacertisque spernuntur. — Degunt genera propria in certis plantarum familiis; sic *Coptosoma, Odontoscelis* et *Podops* in agris oryza consitis; *Graphosoma*

in Pastinacis et Heracleis; *Eurygaster* et *Aelia* in segetibus; *Trigonosoma* in Papaveraceis; *Strachia* et *Eurydema* in Cruciferis; *Asopus* in Santaleis (Thesio); *Eusarcoris* et *Pachycoris* in seminibus immaturis Leonuri, Marrubii, Eremostachydis; *Jalla* et *Carpocoris* in baccis et fructibus, imo in vulneribus lacrymantibus Tragacanthae; *Tropicoris*, *Arma*, *Raphigaster*, *Halys* et *Acanthosoma* in fruticibus arboribusque, e quibus *Halys* praeprimis Ephedram amat. Unicum genus *Cydnus* excipiendum; *Cydni* enim Hemiptera sunt nocturna et succum radicibus evocare videntur, de die sub lapidibus inveniendi.

Exinde facillimum erit intellectu, quod *Pentatomidae* in *regione* tantum occurrant *sylvosa*, *dumetosa*, *arvali* et in *vepreculis*. Regio *sylvosa* et *dumetosa* offert genera: *Tropicoris*, *Arma*, *Raphigaster*, *Acanthosoma*, *Carpocoris*; *vepreculae* excellunt generibus: *Jalla*, *Halys*, *Asopus* et *Tetyra*; regio *arvalis* dives generibus: *Strachia*, *Eurydema*, *Eusarcoris*, *Pachycoris*, *Carpocoris*. *Cydni* peculiares ascendunt usque ad regionem *alpinum* etsi etiam in devectis reperiantur. In regione alpina, exceptis Cydnis, reliqua Scutelleridum genera frustra quaesiveris vixque ullum tibi apparebit in regione *arida* et *salina* Hemipterorum vestigium.

Notandum, quod experientia doctus entomographis nonnullis assentire adhuc non possim, Pentatomides esse Hemiptera rapacia et utilia; nam permultas Pentatomidum species in custodia cum eruculis, aphidibus, dipterisque servavi, ast numquam rapacitatis vestigia conspexi. Graciles extremitates rostellumque longum et tenue eas potius phytophagas et experientia nocivas confirmare videntur.

Dabam Petropoli mense Februario 1846.

Med. D^r. Kolenati.

HEMIPTERORUM HETEROPTERORUM

Trib. II. PENTATOMIDAE.

(A *πεντα,* quinque et *τομίς, ιδος,* forceps; a *τέμνω,* scindo.)

Antennae articulis quinque.

A. *Scutellum abdomen aut tegit aut saltem ejus apicem adtingit.*

SCUTELLERAE.

I. *Antennarum articulus secundus non longior ac latior primo.*

Genus: COPTOSOMA. Laporte.

(A *κόπτω,* seco et *σῶμα,* corpus.) Herrich-Schaeffer. Platycephala. Lap. Brullé. Hope. (a *πλατυς,* planus et *κεφαλη,* caput) Globocoris. Hahn. (a globus et *κόρις,* vox hybrida). Thyreocoris. Burm. Gmr. Steph. Arthropteron. Fieber in litt. (ab *ἀρθρον, ου,* artus et *πτερὸν, ου,* ala.) Brachyplatys. Boisduv. (a *βραχυς,* brevis et *πλατυς,* planus) Scutellera. Lamark. (a *σκύτος, εος,* corium aut scutellum et *λῆρος,* ineptus, validus). Pentatoma. Oliv. Tetyra. Fabr. Cimex. Linn. Wolff. Panzer.

Character: Forma globosa, *abdomen* crassum; *rostellum* ad acetabula pedum posteriorum porrectum, articulo *secundo* omnium longissimo; *ocelli* minimi; *antennarum* articulus *tertius* brevior secundo, *quartus* longitudine secundi cum tertio, *quintus* longior quarto, cylindricus; *hemielytra* nervis duobus simplicibus marginalibus et tertio areali bis flexo; *membrana* nervis sex aut octo rectis.

* *Aenea, hemielytris omnino tectis.*

Spec. 120. *Globus.* Fabr. E. S. IV. 88. 36.
» » S. R. 143. 71.
» Coqueb. Ill. I. 39. t. 10. f. 6.
» Wolff. Ic. C. I. 3. t. 1. f. 3.
» Leach. E. E. IX. 121.
» Encycl. pl. 123. f. 1.
» Hahn. II. p. 41. t. 44. f. 137.
» Herrich-Schaeff. N. E. I. p. 53 et 88.
» Hope. Cat. pag. 5. gen. 18. Sp. 9.
» Spinola. Ess. Ent. p. 372.
Scarabaeoides. Panz. F. G. 36. t. 23.

Nigro-aenea, subtilissime punctata, nitida; *articulis* antennarum tribus primis et *genubus* rufis; *abdominis* margine rufo-maculato.

Long: 2 lin.
Lat: $1^1/_2$ lin.

Habitat in vervactis pratisque herbidis Caucasi et Transcaucasiae.

II. *Antennarum articulus secundus multo longior ac latior primo.*

1. *Pilosae.*

Genus: ODONTOSCELIS. Lap.

(Ab *ὀδους, ὀντος,* dens et *σκελὶς,* perna). Hope. Herrich-Schaeff. THYRECOCORIS. Hahn. ARCTOCORIS. Gmr. (ab *ἀρκτος,* ursus). URSOCORIS. Hahn. (vox hybrida ab ursus et *κόρις,* cimex.) SCUTELLERA. Lam. TETYRA. Fab. Fall. CIMEX. Linn. Wolff.

Character: Forma oblongo-globosa; *caput* magnum et latum; *antennarum* articulus *tertius* latitudinis secundi, sed omnium brevissimus, *quartus* longitudinis et latitudinis primi, *quintus* paulo crassior quarto; *rostelli* articulus *apicalis* brevissimus, obtusus; *ocelli* minimi; *hemielytra* nervis duobus, interno dimidio breviori; *membrana* nervis pluribus rectis, uno ramoso; *tibiae* spinosae seriebus quatuor.

a. *Villosa.*

Spec. 121. *Villosa.* Herrich-Schaeff. V. p. 39. t. 156. f. 489.

Longe denseque albo-villosa, ovalis, nigra, subtiliter punctata, nitida.

Long: $4^1/_2$ lin.
Lat: $2^4/_5$ lin.

Habitat in arenosis et vepreculis provinciae Karabagh, Transcaucasiae.

b. *Tomentosa.*

Spec. 122. *Fuliginosa.* Linn. S. N. II. 716. 8.
» » F. S. 914.
» Schaeff. Ic. t. 11. f. 10—12.
» Fuessly. Helv. 25. 478.
» Panz. F. G. 112. 14.
» Fabr. E. S. IV. 90. 42.
» » S. R. 139. 50.

Fuliginosa. Wolff. Ic. C. 2. 50. 47. t. 5. f. 47.
» Fall. M. C. S. 42. 2.
» » H. S. 15. 5.
» Turt. II. 619.
» Latr. H. tom. 12. p. 181.
» Hahn. II. p. 49. t. 46. f. 142.
» Herrich - Schaeff. N. E. I. p. 53 et 88.
» Curtis. Brit. E. XV. p. 685.
» » Guide. Gen. 1134. 4.
» Hope. Cat. pag. 5. gen. 16. sp. 1.
» Spinol. Ess. Ent. p. 377.
Trilineata. Stephens. Cat. Haust. p. 337. 9438.
La Punaise *Samojede.* Stoll. N. III. p. 41. pl. IX. f. 61. (a D°. Pallas communicata).

Nigro-fusca, linea lutea longitudinali *pronoti* et *scutelli, scutellum* lineolis luteis binis lateralibus, maculis nigris, holosericeis terminatis.

Long: 2—3 lin.
Lat: 2—$2^2/_5$ lin.

Habitat in arenosis Caucasi.

Var. 123. *Litura.*)* Fabr. E. S. IV. 90. 43.
» » S. R. 139. 51.
» Hahn. I. p. 50. t. 46. f. 143.
» Spinol. Ess. Ent. p. 377.

Major, lineolis lateralibus punctisque apicalibus obsoletis.

Long: $3^1/_4$ lin, lat. $2^1/_8$ lin.

Habitat cum praecedenti.

---

*) Deficientibus multis exemplaribus maneant interdum varietates!

Var: 124. *Iberica.* m. *

Nigro-fusca, nigro-tomentosa; *pronotum scutelli*que *basis* lineola lutea, *apex* macula alba in nigredine holosericea, maculis praeterea utrinque nigris holosericeis.

Long: 3, lat: $2^1/_5$ lin.

Habitat in arenosis Iberiae.

Var: 125. *Pallasii.* m. *

Nigro-fusca, luteo-tomentoso, *scutelli* apice macula lutea in nigredine holosericea, utrinque linea longitudinali nigra, holosericea.

Long: $2^4/_5$ lin.

Lat: $2^1/_5$ lin.

Habitat in arenosis Caucasi Lhesgici et prope mare Caspium.

Var. 126. *Caucasica.* m. *

Lutea, fusco-variegata, luteo-tomentosa, *pronoto* postico *scutello*que linea longitudinali lutea, ad finem utrinque macula oblonga nigra maculisque duabus scutellaribus anticis et posticis nigris lineas luteas terminantibus.

Long: 3 lin.

Lat: $2^1/_5$ lin.

Habitat in Caucasi occidentalis arenosis.

2. *Nudae.*

a. *Tibiis spinosis.*

α. Scutello tuberculoso.

Genus: PODOPS. Laporte.

(A *πους, οδος* et *ὤψ*, facies). Phimodera. Gmr. (a *φῦμα, ατος*, tuber et *δέρος*, corium, hinc melius Phymatodera!). Tetyra. Fabr. Cimex. Linn.

Character: Forma ovalis, subglobosa; *caput* quadratum, cum callo medio longitudinali et spina ante oculos

utrinque subantennali; *oculi* subpetiolati; *antennae* breves, quarum articulus *primus* cylindricus, *secundus* tertio aequalis, *quartus* longissimus, incrassatus; *rostelli* articulus *secundus* longissimus, *quartus* brevissimus; *pronotum* verrucosum, impressione profunda transversa in anticam et posticam partem divisum; *scutellum* magnum, latum, convexum, apice rotundato; *hemielytra* basi vix conspicua; *membrana* nervis quatuor; *pedes* breves.

Spec: 127. *Galgulinus.* Gmr. Zeitsch. für Ent. I. 1. p. 61. 1.
» Herrich-Schaeff. IV. pag. 29. tab. 119. fig. 379.

Cinereus, fusco-nebulosus, pallide verrucosus, nigro profunde punctatus, linea longitudinali pallida inermi, *thorace* angulis truncatis, retro angulos anticos sinuato exciso, *abdominis* margine utrinque tuberculato.

Long: 2 lin.
Lat: $1^1/_2$ lin.

Habitat in provinciae Karabagh vepreculis et virgultis.

β. Scutello inermi.

+ *Thorax inermis.*

Genus: THYREOCORIS. Schrank. Hahn.

(A *θυρέος*, scutum et *κορις*, cimex.) Odontoscelis. Lap. Hope. Ursocoris. Hahn. Tetyra. Fab. Cimex. Linn.

Character: Forma ovalis, magis globosa; *caput* antice truncato-rotundatum, marginibus paulo sursum flexis; *oculi* prominentes; *antennae* breves, quarum articulus *primus* omnium brevissimus, *secundus* longissimus; *rostelli* articulus *secundus* et *tertius* longissimus; *pronotum* globosum impressione obscura in partem anticam et posticam divisum; *scutellum* magnum, convexum, apice ro-

tundo; *hemielytra* basi cum nervo medio sat conspicua; *membrana* prominens, nervis quatuor; *pedes* rigido-pilosi.

* *Nitor metallicus, nigro-aeneus.*

Spec: 128. *Scarabaeoides.* Linn. S. N. II. 716. 4.
» » Faun. Sv. 912.
» Rossi. F. E. II. 229. 1293.
» Sulzer. K. d. J. 26. t. 11. f. 70.
» Geoffr. H. d. J. I. 435. 2.
» Fuessly. V. 25. 475.
» Panzer. 112. 13.
» Fabr. Ent. S. 4. 89. 37.
» » S. R. 143. 70.
» Schrank. F. b. III.
» Wolff. Jc. C. I. 4. t. 1. f. 4.
» Fallen. M. C. S. 42. 3.
» » H. S. 16. 6.
» Stew. II. 102.
» Turt. II. 619.
» Herrich-Sch. N. E. I. 89 et 53.
» Spinola. Ess. p. 369.
» Hope. Cat. p. 5. N. 16. 2.

Tota nigro-aenea, punctulata, *antennis* rufescentibus, *membrana* alba.

Long: $1^1/_2$ lin.
Lat: 1 lin.

Habitat in Ranunculis Caucasi.

b. *Tibiis verrucosis, scabris.*

α. Abdominis margo scindens et prominens.

Genus: EURYGASTER. Laporte.

(ab *ἐυρὺς,* latus et *γαςήρ,* venter.) Hope. Bellocoris.

Hahn. (a bellus et *κορις,* vox hybrida!), Tetyra. Burm. Fabr. Steuaspis*). Fieber in litt. (a *ςεύομαι* promitto; *ςεῦαται,* firmo et *ἀσπὶς,* scutum).

Character: *Forma* oblongo-ovalis, antice et postice rotundata, convexa; *caput* rotundatum, marginibus integris; *oculi* paulo prominentes; *antennae* tenues, quarum articulus *secundus* et *quartus* omnium longissimus, *rostellum* ad acetabula pedum posticorum porrectum, cujus articulus *secundus* longissimus; *pronotum* convexum, impressione transversa sat profunda in partem anticam minorem et posticam convexiorem divisum; *scutellum* magnum, medio carinatum, apice rotundato supra abdomen deflexo; *hemielytra* basi conspicua, corio interno cum clavo incompleto tenuioribus, margine corii postico profunde acute exciso et membrana enervi repleto, *corio* nervis duobus, basi conniventibus; *membrana* nervis 10 — 12 parallelis.

Habitant in segetibus.

+ *Thoracis anguli prominuli.*

Spec: 129. *Maura.* Linn. S. N. II. 716. 5.
» » F. S. 246. 913.
» Rossi. F. E. II. 227. n. 1290.
» Sulzer. Hist. Ins. t. 11. f. D.
» Geoffr. H. d. J. I. 435. 3.
» Schaeffer. Jc. J. t. 43. f. 3. 4. 15. 16.
» Stoll. Nat. Afbeeld. d. W. fig. 204.
» Scopoli. E. C. 352.
» Panzer. F. J. G. 112. 15.
» Fabr. E. S. IV. 87. 30.

---

*) Non commutanda cum *Stegaspis.* Germar, quod ad *Harpagocorisias* (Membracides) spectat.

Maura. Fabr. S. R. 136. 36.
» Schrank. F. b. III. 2. 68. 1095.
» Wolff. Jc. Cim. t. 13. f. 129.
» Fall. M. C. S. 41. 1.
» » H. S. 12. 2.
» Hahn. II. p. 44. t. 45. f. 139.
» Burm. H. II. 390. 3.
» Gmr. Zeitsch. I. 1. p. 74. 3.
» Herrich-Sch. N. E. I. 89 et 53.
» Brullé. Exp. Mor. p. 68. 1.
» Hope. Cat. p. 3. N. 2. 1.
Austriaca. Fabr. S. R. 136. 36.

Ovalis, convexa, testacea, lutea aut fusca, nigro-punctata; *capite* subconvexo callo frontali apicem attingente; *scutellum* basi punctis pallidis convexis, inter haecce rugulis obscuris transversis lineaque elevata impunctata pallida longitudinali; *abdominis* margine infra obscure-maculato.

Long: 5 lin.
Lat: 3 lin.

Habitat in segetibus Cis- et Trans-Caucasiae.

Var: 130. *Picta.* Fabr. S. R. 136. 38.
» Wolff. t. 13. f. 129. d.
» Fall. H. S. 13. var. *β.*
» Hahn. II. p. 45. t. 45. f. 140.
» Herrich-Sch. N. E. I. 89.
» Hope. Cat. of Hem. 2. 1.

Obscura; *capite* et *pronoto* obscure fusco-fasciato, *scutello* punctis duobus baseos elevatis albis, maculis lateralibus et media postice bifurca flavis; *abdominis* margine maculato.

Long: 5 lin.
Lat: $3^1/_5$ lin.

Habitat cum praecedenti.

+-+ *Thoracis anguli obtusi.*

Spec: 131. *Hottentotta.* Fabr. E. S. IV. 87. 31.
» » S. R. 136. 3. 7 et 39.
» Geoff. I. 467. 66 et I. 468. 67.
» Schaeff. t. 250. f. 5. 6. et t. 57. f. 10 tab. 79. f. 4.
» Panz. F. J. G. 111. 7.
» Wolff. t. 13. f. 129. var: C.
» Schrank. F. b. 2. 68. 1094.
» Burm. Hdb. d. E. II. 390. 2.
» Gmr. Zeitsch. I. 1. p. 73. 16. 2.
» Brullé. Exp. Mor. p. 68. 2.
» Hahn. II. p. 44. var: b. c. d. e. f.
» Herrich-Sch. N. E. I. 89 et 53.
» Hope. Cat. of Hem. 2. 2. (absque completo citato Wolff et Hahn.)

Nigra. var. Fabr. S. R. 136. 39.
» » Geoffr. I. 435. 4.
» » Hope. Cat. 2. 2.

Cucullata. Wolff. Jc. Cim. t. 13. f. 129. b.

Oblongo-ovalis, subconvexa, ferruginea, crebre punctata; *capite* plano, callo frontali apicem non attingente; *scutellum* basi punctis oblongis pallide-ferrugineis convexis, rugulis transversis crebris et distinctis, carina longitudinali punctulata.

Long: $5^1/_2$—6 lin.
Lat: $3^1/_4$—$2^1/_2$ lin.

Habitat in Carduis Transcaucasiae.

Var: 132. *Obliqua.* Leach.

Obscura; *capite* et *pronoto* fusco; *scutello* maculis aut fasciis lateralibus obliquis et media postice bifurca luteis; *abdominis* margine maculato.

Long: 5—5$^1/_2$ lin.
Lat: 3$^1/_2$—3$^3/_4$ lin.

Habitat cum praecedenti frequens et communis.

β. Abdominis margo obtusus et a scutello obtectus.

+ Thorax utrinque rectangulus.

Genus: ODONTOTARSUS. Laporte.

Hope. Cat. (ab ὀδους, dens et ταρσος, tarsus); Bellocoris. Hahn. Trigonosoma. Burm. Pachycoris. Burm. Tetyra. Fab. Cimex. Linn.

Character: Forma oblongo-ovalis, utrinque sub-acuminata, convexa; *caput* protractum, deorsum vergens, convexum, acuminatum; *antennarum* articulus *primus* obtectus, tertius et quartus omnium longissimus; *pronotum* hexangulare, angulis externis prominulis, rotundatis, impressione transversa in partes inaequales divisum; *scutellum* convexum absque carina; *hemielytra* nervis tribus; *membrana* nervis quinque aut sex. *Pedes* verrucosi brevissime pilosi.

* *Scutellum vittis fuscis apice convergentibus.*

Spec. 133. *Grammica.* Linn. S. N. II. 716. 7.
» Fabr. E. S. IV. 86. 26.
» » S. R. 137. 43.
» Schrank. F. b. 1093.
» Wolff. Jc. Cim. 166.
» Gmr. Fn. 8. 20.
» » Zeitsch. I. 1. p. 104. 46.
» Burm. Hdb. II. 392. 5.

Grammica. Herrich-Sch. N. E. 89 et 54. *)
» Hope. Cat. of Hem. p. 3. N. 1. 1.
Purpureolineata. Rossi. F. E. II. 228. n. 1291. tab. 7. f. 2.
» Hahn. II. p. 43. t. 44. f. 138.
» Laporte. Class. d. Hem. p. 68.

Oblonga, convexa, utrinque subacuminata, flava, *capite* vittis duabus, *thorace* sex, *scutello* quatuor rectis duabusque apicalibus obliquis purpureis plus minusve perspicuis.

Long: 4—5 lin.
Lat: $3^1/_5$ lin.

Habitat in Cardius Transcaucasiae.

+ + *Thorax utrinque productus.*

Genus: TRIGONOSOMA. Laporte.

Hope. Spinola. (a *τρίγωνος* et *σῶμα,* corpus). Ancyrosoma. Suites a Büffon. (forsan ab *αγγερον,* cucumis et *σῶμα,* corpus.) Ventocoris. Hahn. (vox hybrida! etsi etiam Ventrocoris! a forma ventricosa). Tetyra. Fab.

Character: Forma triangularis, ventricosa, tumens, postice rotundata; *caput* triangulare aut subtriangulum, subconvexum, deorsum vergens; *antennarum* articulus *tertius* longissimus; *oculi* parvi modice prominuli; *ocelli* minimi, discolores; *rostellum* acetabula pedum posticorum superans; *pronotum* latius ac longum, tumidum, impressione nulla; *scutellum* magnum; postice subrotundatum; *hemielytra* cellula una magna; *membrana* nervis pluribus distichis et flexis; *pedes* inermes.

---

*) Omittenda Synonyma *T. flavolineatae,* quae tres tantum lineas longa esse fertur.

† *Scutellum absque carinis, caput breve.*

Spec. 134. *Nigellae.* Fabr. E. S. IV. 82. 8.

» » S. R. 140. 55.

» Panz. F. G. 66. t. 19.

» Wolff. J. C. 86.

» Hahn. II. p. 36. t. 43. f. 133.

» Herrich-Sch. N. E. I. 89 et 54.

» Burm. Hdb. II. 389.

» Gmr. Zeitsch. I. 1. p. 56. 2.

» Spinola. Ess. Ent. p. 368.

» Hope. Cat. of. Hemipt. 3. 3. 1.

Flavo-rufa aut sanguinea, disperse punctata; *scutelli* basis rugulis transversis; *abdominis* margine et *pronoto antico* pallidioribus; *pronoti* angulis externis obtusis; *antennis pedibus*que testaceis.

Long: $4^2/_5$ lin.

Lat: thor: $3^1/_2$, abdom: $2^3/_4$ lin.

Crassities $2—2^1/_2$ lin.

Habitat in Nigella foeniculacea, Myosuro minimo et Ceratophyllo falcato Iberiae et Armeniae.

†† *Scutellum cum carinis, caput protractum.*

Spec. 135. *Albolineata.* Fabr. E. S. IV. 88. 32.

» » S. R. 140. 58.

» Rossi. F. E. II. 229. 1295.

» Panz. F. G. 66. t. 20.

» Wolff. J. C. 95. t. 9. f. 89.

» Stoll. t. 23. f. 156.

» Hahn. II. pag. 37. t. 43. f. 135.

» Brullé. Exp. Mor. p. 69. 6.

» Herrich-Sch. N. E. I. 89 et 54.

» Burm. Handb. II. 389. 5.

» Germar. Zeitsch. I. 1. p. 52. 5.

Albolineata. Suites a Buffon. Hem. pag. 49. pl. 2. f. 1.
» Hope. Cat. of Hemipt. 1. 3. 7.

Grisea; *pronoti* angulis externis acute productis; *pronoto* striis quinque, *scutello* septem elevatis, pallidis et glabris; *antennis pedibusque* griseo-testaceis.

Long: $3^1/_3$ lin.

Lat: thor: $2^2/_3$, abdom: 2 lin.

Crassities $1^1/_4$—$1^1/_2$ lin.

Habitat in Eryngio dichotomo et Saniculis provinciae Transcaucasicae Karabagh.

b. *Tibiae pilis brevissimis rigidiusculis.*

Genus: GRAPHOSOMA. Laporte.

(a γράφω, scribo et σῶμα, corpus.) Trigonosoma. Burm. Scutellera. Lam. Hahn. Hope. Tetyra. Fab. Cimex. Linn.

Character: Forma oblongo-ovalis, subconvexa, postice rotundata; *capite* triangulari, producto, marginibus paululum sursum flexis; *oculi* parvi; *ocelli* concolores; *pronotum* hexagonum, angulis externis prominulis subrotundatis: *abdominis* margo scindens et prominens; *antennarum* articulus *quintus* secundo longior et crassior*); *hemielytri corium* nervis duobus basi convergentibus, *membrana* nervis quatuor vel quinque distichis.

* *Subtus rubra, pronoto vittis nigris.*

Spec. 136. *Lineata*. Linn. S. N. II. 716. 6.
» Sulzer. t. 10. f. 6.
» Geoffr. I. 468. 68. (La Punaise scamoise).

---

*) Vide Le Règne animal par G. Cuvier. Insectes. 3 livr. pl. 88 f. 1. a.

Lineata. Mouff. Ins. 174. f. 5.
» Schaeffer. Elem. t. 44. f. 1.
» » Jcon. t. 2. f. 3.
» Stoll. 2. t. 11. f. 9.
» Wolff. I. t. 1. f. 1.
» Fabr. E. S. IV. 85. 22.
» Gmr. Zeitschr. I. 1. p. 51. 1.
Nigrolineata. Fabr. S. R. 135. 32.
» Rossi. II. 226. 1288.
» Wolff. Jc. Cim. t. 1. f. 1.
» Scopoli. E. C. 351.
» Panzer. F. G. 1. 2.
» Donovan. XIV. pl. 473.
» Fall. H. S. 12. 1.
» Zetterst. Act. Holm. 1819. p. 69.
» Latr. G. C. et J. 3. 113.
» » Hist. t. 12. p. 178. pl. 96. f. 1.
» Encycl. pl. 123. f. 7.
» Hahn. I. p. 173. t. 27. f. 90.
» Brullé. Exp. Mor. T. III. p. 68. n. 3.
» Herrich-Sch. N. E. I. 89 et 53.
» G. Guvier. Le Règne animal. 24. livr. Insectes. 3. livr. 1836. pl. 88. f. 1. a.
» Hope. Cat. of Hem. p. 3. N. 4. 2.
Schangini. Gebler. (Tetyra). Insecta Sibiriae rariora. Dec. I. p. 323. n. 10. In Mém. de la Soc. Imp. des Nat. de Moscou. 1817. Tom. V.

Coccinea aut purpurea; vittis *capitis* duabus, *pronoti* sex, *scutelli* quatuor, *abdominis* maculis, *membrana femoribus*que nigris.

Long: $4^3/_5$ lin.

Lat: $3^1/_4$ lin.

Habitat in Umbellatis, inprimis Chaerophyllo, Heracleo et Pastinaca Cis- et Transcaucasiae.

** *Subtus lutea, pronoto maculis nigris.*

Spec. 137. *Semipunctata.* Fabr. E. S. IV. 85. 23.
» » S. R. 135. 33.
» Rossi. F. E. II. 227. 1289.
» Stoll. 2. t. 11. f. 8.
» Wolff. I. 2. t. 1. f. 2.
» Germar. F. 2. 20.
» Hahn. I. p. 175. t. 27. f. 91.
» Brullé. Exp. Mor. T. III. p. 1. pag. 68. n. 4.
» Burm. Hdb. II. 388. 1.
» Herrich-Sch. N. E. I. 90 et 53.
» Germar. Zeitsch. I. 1. p. 52. 3.
» Encyclop. pl. 123. f. 8.
» Hope. Cat. of Hem. p. 3. N. 4. 1.

Purpurea aut sanguinea; lineis *capitis* duabus, *scutelli* quatuor, maculis *pronoti* octo biseriatim, nigris; angulis pronoti externis posticis linea nigra; *abdominis* margine immaculato; *membrana* fusca; *femoribus* rufis.

Long: $5^3/_4$ lin.

Lat: $3^3/_4$ lin.

Var: α. Serie macularum pronoti postica nigrarum.

Var: β. Serie linearum pronoti postica nigrarum.

Habitat in Pastinaca Transcaucasiae.

B. *Scutellum abdominis dimidium vix superat.*

I. *Pedes inermes; pilis tantum mollibus aut tuberculis obsoletis.*

a. *Rostelli articulus secundus tertio cum quarto longior.*

LACHANOCORISIAE
mihi.

(a *λαχανον*, olus et *κορίς*, cimex).

Amant segetes, olera, inprimis Cruciferas.

α. Caput crassum, conicum, declive.

Genus: AELIA. Fabr.

Fallen. Zett. Lap. Hahn. Hope. Herrich-Schaeffer. (ab *εἴλη*, splendor solis? vix derivandum). Oelia. Cuvier (le regn. animal). Pentatoma. Latr. Cimex. Burm. Linné.

Character: Forma elongata, ovalis, utrinque subacuminata, crassa, convexa; *caput** multo longius ac latum; *antennae** longitudine prothoracis, quarum articulus *primus* brevior tertio, *secundus* longitudine quarti cum quinto; *rostelli** articulus *primus* crassus capite brevior; *oculi* modici; *ocelli* parvi, discolores; *pronotum** hexangulare; *hemielytrorum* margo posticus arcuatus, nervo externo simplici, interno disticho; *membrana* nervis pluribus parallelis paulo flexis, rarius uno alterove distichis.

Habitant in segetibus.

+ *Abdomine rotundato.*

* *Vittae longitudinales obsoletiori vitta divisae.*

---

*) Vide de Régne animal par G. Cuvier. Insectes. 3. livr. pl-88. f. 4. a. b.

Spec. 138. *Klugii.* Hahn. I. p. 122. t. 19. f. 64.
» Herrich-Schaeff. N. E. I. 91 et 55.
» Hope. Cat. of Hem. 8. 45. 2.

Elytra grisea, ante costam pallidam nigra; *capite* breviori, corporeque angustiori.

Long: 3 lin.
Lat: $1^3/_4$ lin.

Habitat in graminibus prope urbem Tiflis et Elisabethepol, Transcaucasiae.

* * *Vittae longitudinales nulla obsoletiori divisae.*

Spec. 139. *Virgata.* Herrich-Schaeff. VI. p. 67. t. 202. f. 632.

Testacea, nigro-picta, vitta duplici percurrente, *ventre* vitta intramarginali et seriebus quatuor macularum fuscarum, corpore latiori.

Long: $4^3/_4$ lin.
Lat: $2^3/_4$ lin.

Habitat in segetibus provinciae Karabagh.

+ + *Abdomine acuminato.*

Spec. 140. *Acuminata.* Linn. S. N. II. 723. 59.
» » F. S. 939.
» Raj. 56. 6.
» Rossi. F. E. II. p. 237. 1316.
» De Geer. III. 271. 16. t. 14. f. 12. 13. (Punaise a museau).
» Geoffr. I. 472. 77.
» Schaeff. t. 42. f. 11.
» Fuessly. 62. 488.
» Panzer. F. G. 32. t. 17.
» Fabr. E. S. IV. 126. 179.
» » S. R. 189. 6.
» Donovan. IV. 28. pl. 118. f. 2.

Acuminata. Wolff. J. C. I. 19. t. 2. f. 19.
» Latr. G. C. et J. 115.
» » H. N. t. 12. p. 185.
» Fall. M. C. S. 51. 1.
» » H. S. 34. 1.
» Berk. S. I. 116.
» Stew. II. 104.
» Turt. II. 651.
» Curtis. XV. pl. 704.
» » Guide. Gen. 11. 29. 1.
» Steph. Haust. 340. 9473.
» Hahn. I. p. 120. t. 19. f. 63.
» Zetterst. 259. 3. 1.
» Herrich-Sch. N. E. I. 55 et 91.
» Brullé. Exp. Mor. T. III. P. I. p. 69. n. 7.
» G. Cuvier. Le Régn. animal. Insectes. 3. livr. pl. 88. fig. 4. a. b.
» Imhoff. et L. 54.
» Hope. Cat. of Hem. 8. 45. 1.

Grisea, valde convexa, costa pallida, vittis longitudinalibus duabus *caput* valde prolongatum, *pronotum* et *scutellum* percurrentibus, utrinque altera obsoletiori divisis.

Long: 5 lin.
Lat: $2^1/_2$ lin.

Habitat. in segetibus Cis- et Transcaucasiae.

β. Caput subconvexum, marginibus capitis et thoracis elevato-incrassatis.

Genus: EURYDEMA. Laporte.

(ab *εὐρὺς*, latus et *δέμας*, corpus). STRACHIA. Hahn.

(vox non derivanda). GRAPHONOTUS . . . . ? (a γραφω, scribo et νότος, ου, notus; vox nullius valoris). PENTATOMA. Latr. Oliv. Leach. Samou. Curtis. Hope. CYDNUS. Fab. Leach. Samou. PACHYDEMA. Lap. Brullé. (a παχὺς, crassus et δέμας, corpus). CIMEX. Linn. Fab. Fall.

Character: Forma ovalis subdepressa; *oculi* modici cum *ocellis* concolores; *antennarum* articulus *primus* brevior crassiorque omnium, *secundus* tenuior et duplo longior primo, *tertius* quartusque similis secundo, *quintus* praecedentibus longitudine aequalis ast cylindricus. *Pronotum* antice torulo transverso, hexagonum; *hemielytra* nervo unico, corii margine postico recto; *membrana* cellula una pluribuspue nervis flexis; *pedes* gracilis.

Omnes hujus generis sunt coloris insignis.

+ *Pronotum magna ex parte nigro-aeneum.*

† *Pronoti margine et striga media longitudinali rubra aut albida.*

* *Tibiae annulo medio rufo aut albo:*

Femora nigra.

Spec. 141. *Oleraceum.* Linn. S. N. II. 722. 53.
» » F. S. 934.
» De geer. III. t. 15. f. 22.
» Geoffr. I. 471. 74.
» Raj. Ins. 54. 6. 7.
» Schaeff. Jc. t. 46. f. 4. 5.
» Stoll. II. t. 5. f. 32. 33.
» Panzer. F. G. 32. t. 12.
» Fabr. E. S. IV. 121. 162.
» » S. R. 177. 112.
» Wolff. I. 16. t. 2. f. 16.
» Fall. M. C. S. 49. 16.
» » H. S. 31. 16.

Oleraceum. Zett. Fn. Lapp. I. 465. 8.
» » J. L. 260. 8.
» Hahn. I. p. 182. t. 29. f. 94.
» Herrich-Sch. N. E. I. 55 et 91.
» Hope. Cat. of Hem. p. 8. 46. 5.

Pronotum aeneum aut coeruleum, metallescens, margine omni et striga media longitudinali, apice *scutelli* maculaque in corio postico rubris aut luteis aut albidis; *membrana* fusco-aenea margine albido; *ventre* nigro-aeneo, margine maculato.

Long: 2—3 lin.
Lat: 2 lin.

Habitat in cerealibus Caucasi et Transcaucasiae.

Var: f. Hahn. I. p. 182.

Profundius punctata, maculis praeterea in *scutello* anteapicalibus duabus vel quatuor.

Femora flava.

Var. 142. *Angularis.* mihi.

Capite striis duabus apice convergentibus, *scutelli* margine externo late aurantiacis, *ventre* luteo, in medio obscure ad latera distincte nigro-maculato, *femoribus* luteis apice bis nigro-annulatis; reliqua ut in praecedentibus.

Long: 3 lin.
Lat: $1^3/_4$ lin.

Habitat in cerealibus prope Alexandropolin in confinio Turciae supra regionem sylvosam. Memoratu dignum, quod Petropoli unicum etiam exemplar inveni. Verosimiliter in futurum novam constituet speciem!

† † *Pronoti margine, striga media longitudinali et transversa rubris.*

Spec. 143. *Gebleri.* mihi.

An Cimex sexpunctatus. Linn. ed. Gmel. I. 4. 2150. Fabr. Rh. 169. Gebler. Ins Sibir. rariora. Dec. II. p. 332. n. 9. in Mém. Soc. Mosq. 1817. V.

Vide: Tab. XV. fig. 30.

Nigro-aenea luteo alboque varia; *capitis* margine et maculis ante oculos aurantiacis aut coccineis aut albidis; *pronoti* margine antico sinuato postico truncato, disco rare et profunde punctato, maculis duabus ad apicem, quatuor ad basin nigro-aeneis, marginibus lineisque inter maculas albo luteoque variis; *scutello* aeneo profunde punctato, lineis rubris aut albidis versus apicem in angulum convergentibus, apice ex angulo linea porrecta et in fine latiori coccinea; *hemielytra* nigro-aenea subtilius crebriusque punctata, margine externo maculoque apicali rhombica albido luteis aut coccineis; *membrana* fusca, margine lato albido. *Abdomen dorso* nigro, rubro marginato, *ventre* luteo, seriebus quatuor macularum nigro-aenearum margineque rubro. *Femora* rubra aut lutea apice nigro-aenea; *tibiae* luteae basi et apice aeneo-nigrae; *tarsi* nigri.

Long: 3 lin.

Lat: 2 lin.

Var: Maculis pronoti posticis confluentibus.

Habitat in Cleome iberica et Rapistro rugoso in provinciis Caspicis Scheki, Schirwan et Baku. Etiam a D^o. Gebler-e Dauria missa. — Cimex sexpunctatus Fabricii ex India.

++ *Pronotum magna ex parte rubrum.*

† *Caput et pedes omni ex parte nigra.*

Ventre rubro.

Spec: 144. *Ornatum.* Linn. S. N. II. 723. 56.
» » F. S. 937.
» Sulzer. t. 11. f. 73.
» Geoffr. I. 469. 69.
» Scopoli. E. C. 123. 361.
» Schaeffer. Jc. t. 60. f. 10.
» Stoll. II. t. 2. f. 11.
» Panzer. F. G. 33. t. 21.
» Fabr. E. S. IV. 118. 150.
» » S. R. 172. 93.
» Wolff. I. 15. t. 2. f. 15.
» Fallén. M. C. S. 49. 15.
» » H. S. 30. 15.
» Brullé. Exp.- Mor. 70. 10.
» Hahn. III. p. 12. t. 77. f. 238.
» Herrich-Sch. N. E. I. 55 et 91.
» G. Cuvier. Le Régne anim. Insectes. 3. livr. pl. 88. f. 3. a.
» Hope. Cat. of Hem. 8. 46. 6.

Pronotum coccineum, macula utrinque antica nigra, retrorsum biloba; *scutellum* nigrum lineola apicali cum apice maculisque duabus lateralibus rubris; *hemielytra* rubra, clavo nigro cum processubus duobus extrorsum in corium vergentibus nigris, macula marginali et puncto apicali in rubedine nigris; *membrana* fusco-aenea margine albido; *venter* ruber seriebus tribus longitudinalibus macularum nigrarum, margine nigro-maculato.

Long: 4—5 lin.
Lat: $2^1/_4$—$2^3/_4$ lin.

Habitat in plantis Caucasi et Transcaucasiae Tetradynamis.

Ventre nigro.

Var: 145. *Ventralis.* mihi.

Infra nigra, *ventris* margine late coccineo et serie macularum nigrarum.

Long: 4 lin.
Lat: $2^1/_3$ lin.

Habitat in Caucaso et Transcaucasia cum praecedenti.

† † *Caput marginibus rubris.*

⊙ *Pedes nigri.*

* *Nigrum, subtus rubrum, serie triplici macularum nigrarum.*

Spec: 146. *Festivum.* Linn. S. N. II. 723. 57.
» Rossi. II. 235. 1309.
» Fuessl. Helv. 26. 396.
» Panzer. F. G. 6. t. 19.
» Donovan. pl. 101. 4.
» Fabr. E. S. IV. 118. 151.
» » S. R. 173. 95.
» Wolff. II. 61. 58. t. 6. f. 58.
» Hahn. I. p. 181. t. 29. f. 93.
» Brullé. Exp. Mor. T. III. P. I. Ser. 3. pag. 70. 11.
» Herrich-Sch. N. E. I. 55 et 91.
» Hope. Cat. of Hem. 8. 46. 7.
Dominulum. Scopoli. E. C. 124. 362.
Fimbriolatum. Germar. Faun. 17. 9.

Pronotum coccineum, maculis sex nigris; *scutelli* discus niger, marginibus coccineis; *hemielytra* coccinea, clavo cum processubus duobus extrorsum vergentibus nigris et puncto apicali in rubedine nigris; *membrana* fusco-aenea margine albido subtilissimo.

Long: 2—3$^1/_2$ lin.
Lat: 2 – 2$^1/_s$ lin.

Habitat in plantis Tetradynamis Caucasi et Transcaucasiae.

** *Nigro-aeneum, subtus rubrum, ventris medio spiraculisque nigris.*

Spec: 147. *Decoratum.* Panz. Faun. Ins. Germ. 116. 14.
» Herrich-Sch. N. E. I. 91 et 55.
Festivum. var: Wolff. Icon. Cim. II. 61. 58.

Pronotum coccineum, maculis duabus retrorsum bilobis nigris; *scutelli* basi nigra, apice lateribusque anteapicalibus coccineis; *hemielytra* coccinea, clavo cum processubus duobus extrorsum vergentibus, macula marginali et puncto apicali in rubedine, nigris; *membrana* fusco-aenea margine albido.

Long: 3$^1/_2$—4 lin.
Lat: 2$^1/_4$ lin.

Habitat in oleribus Caucasi et trans Caucasum.

*** *Viridi-nigrum, subtus nigrum, margine coccineo pro- et episterni, metasterni et pleurarum marginibus albis.*

Spec: 148. *Herbaceum.* Panz. F. J. G. 115. 12.
» Hahn. III. p. 13. t. 77. f. 239.
» Herrich-Sch. N. E. I. 91 et 55.

Pronotum coccineum, maculis tribus utrinque oblongis rhombicis viridi-nigris; *scutelli* basi nigro-aenea, medio apiceque coccineo; *hemielytra* coccinea clavo cum processubus duobus extrorsum vergentibus angustius nigro-aeneis, macula marginali et puncto apicali in rubedine nigro-aeneis; *membrana* fusca, albo-marginata, *ano* rufo.

Long: $3^1/_2$—4 lin.

Lat: $1^4/_5$—2 lin.

Habitat in Umbellatis et Cruciferis Caucasi et trans Caucasum.

⊙ ⊙ *Pedes maculati.*

Spec: 149. *Lhesgicum.* mihi.

Vide: Tab. XV. fig. 31.

Profunde punctatum; *pronoto* coccineo, maculis tribus utrinque, confluentibus, nigro-violaceis; *capite* nigro-violaceo, margine coccineo; *scutello* nigro-violaceo, lineola utrinque arcuata in angulum conniventi coccinea, apice coccineo lineolaque recta cum arcu conjuncto; *hemielytra* usque ad nervum medium cum clavo nigro-violacea, externe apiceque coccinea, apice macula nigra, in medio processu cuneiformi parvo in nigredinem vergente coccineo; *membrana* nigra, margine fusco. *Dorsum* margine coccineo nigro-maculato, *venter* coccineus, maculis latis triplici serie; *epi-* et *metasterni* margines albidi; *pedes* nigri, *femorum* basi *tibiarum*que medio obsolete albidis.

Long: $2^1/_4$ lin.

Lat: $1^1/_2$ lin.

Habitat in Caucasi Lhesgici Cruciferis, prope montem Ssalwat et urbem Nucha.

† † † *Caput maculatum.*

⊙ *Pedes nigri.*

Spec: 150. *Armeniacum.* mihi.

Vide: Tab. XV. fig. 32.

Nigro-aeneum, subtilissime punctatum; *capite* nigro-aeneo, margine et ante oculos utrinque macula coccineis; *pronoti* marginibus, linea longitudinali media et in nigredine utrinque maculis duabus coccineis; *scutello* nigro-aeneo, margine versus basin laterali apiceque macula

cordiformi coccineis; *hemielytra* nigro-aenea, margine externo fasciaque media longitudinali et transversali interrupta coccineis; *membrana* fusco-aenea, margine fusco; *venter* coccineus, medio niger, ad latera et marginem seriebus duabus macularum nigrarum rotundarum.

Long: $3^3/_4$ lin.
Lat. $2^1/_2$ lin.

Habitat in Cruciferis, inprimis Leontice Bongardiana prope Gumri (Alexandropolin) Armeniae montuosae, in confinio Turciae et in districtu Pambakiano.

⊙ ⊙ *Pedes flavo-variegati.*

Spec: 151. *Pictum.* Panz. Faun. G. 116. 12. 13.
» Hahn. III. p. 14. t. 77. f. 240.
» Herrich-Sch. N. E. I. 55 et 91.
» Hope. Cat. of Hem. 8. 46. 11.
Var: *Ornati.* Fall. M. C. et H. S. 15.

Crebre punctatum; *capite* nigro-coeruleo, margine maculaque utrinque aurantiacis aut luteis; *pronotum* aurantiacum aut albido-luteum, maculis utrinque tribus rhombicis nigro-coeruleis; *scutellum* albido-aurantiacum, disco basali maculaque utrinque ante-apicali nigro-aeneis; *hemielytra* albido-aurantiaca, clavo, processuque ex illo ad dimidium corii anteapicali, macula marginali punctoque apicali aeneis; *membrana* fusca, margine albido. *Dorsum* nigrum, margine aurantiaco, nigro-maculato, *venter* albido-luteus stigmatibus nigris margineque nigro-maculato; *epi-* et *metasternum* albido-luteum, nigro-maculatum; *femora* luteo-albida, apice aeneo-nigra; *tibiae* apicibus aeneo-nigrae, medio albido-luteae; *tarsi* nigri.

Long: 5 lin.
Lat: $2^1/_2$ lin.

Habitat in Cerealibus Iberiae, Somchetiae et Armeniae. Frequentissima omnium.

Var: 152. *Conjuncta.* mihi.

Maculis *pronoti*, *scutelli* anteapicalibus et macula corii marginali cum puncto apicali nigro aeneis conjunctis.

Duo exemplaria accepi e districtu Eriwan a consorti meo D^o^. Fricke.

b. *Rostelli articulus secundus tertio cum quarto brevior aut ejusdem longitudinis.*

α. Sterni et ventris basis inermia.

THAMNOCORISIAE,

mihi.

(a *θάμνος, ου,* frutex, *θαμνοι* vepres, virgulta et *κορις,* cimex).

Incolunt plantas suffruticosas et frutices; amant virgulta et vepreculus.

+ *Capitis conici dorsum convexum, declive, triangulare.*

Genus: SCIOCORIS. Fallén.

(ab *σκια,* umbra et *κόρις,* cimex). Eysarcoris. Hahn. Pentatoma. Hahn. Hope. Herrich-Schaeff. Cydnus. Fabr. S. R. Wolff. Cimex. Panzer. Wolff.

Character: Forma ovalis, convexa; *capitis* apex subbifidus, lobo medio breviori, lateribus antice contiguis; *oculi* magni, prominuli; *ocelli* discolores; *pronotum* obtuso hexangulare, antice angustius, convexum; *scutellum* latum et obtusum; *antennarum* articulus *primus* crassior et brevior tertio, *secundus* longior quarto, *quintus* omnium longissimus et incrassato-cylindricus. *Hemielytra* clavo

triangulari, praeter nervos marginales nervo medio paulo flexo apicem non attingente; *membrana* nervis quinque aut sex parallelis, quorum intermedius plerumque distichus.

* *Abdominis margo immaculatus, scutelli apex concolor.*

Spec: 153. *Inflexum.* Wolff. J. C. p. 183. n. 182. t. 18. f. 182.
» Hahn. II. pag. 129. t. 69. f. 210.
» Spinola. Ess. Ent. p. 310.
» Herrich-Sch. N. E. I. 55 et (92 absque reliquis citatis).
» Hope. Cat. of Hemipt. 8. 46. 40.

Obovatum, griseum, crebre nigro-punctatum, convexum; *capite* et *abdomine* nigrescente, linea impunctata albida per caput, pronotum et scutellum decurrente, in basi *scutelli* macula utrinque minima albida et apice puncto fusco; abdominis margine albido.

Long: 2 lin.
Lat: 1 lin.

Habitat in vepreculis et virgultis provinciae Transcaucasicae Elisabethopol.

** *Abdominis margo maculatus, scutelli apex lunula alba.*

Spec: 154. *Lunatum.* Panz. F. G. 115. 11.
» Hahn. II. p. 127. t. 69. f. 208.
Intermedium. Wolff. J. C. pag. 182. n. 182. t. 18. f. 134. a. b.
» Hahn. II. p. 128. t. 69. f. 209. (detritum et pingue!)
» Herrich-Schaeffer. N. E. I. 55 et 92.

Breviter obovatum, crebre punctatum, paulo convexum; *capite* et *abdomine* griseo, abdominis margine nigro-maculato, in basi *scutelli* macula utrinque alba.

Long: 3 lin.

Lat: 2 lin.

Habitat in virgultis Caucasi et Transcaucasiae.

+ + *Capitis dorsum planiusculum, subhorizontale, subquadratum.*

† *Pronoti margines laterales incrassato-elevati, glabri, discus absque toro.*

Genus: EYSARCORIS. Hahn.

(ab εὔσαρκος, carnosus et κόρις, cimex). Cydnus. Fab. S. R. Pentatoma. Herrich-Sch. Hope.

Character: Forma ovalis, angulata, subconvexa; *capite* lobo medio parallelo, plerumque paulo breviori, lateralibus recta productis, singulatim rotundatis; *oculi* prominuli, *ocelli* concolores; *pronotum* acute hexangulare, antice angustius et declive, angulis externis prominentibus; *scutellum* latum, subacutum. *Hemielytra* nervo medio paulo flexo; *membrana* nervis parallelis.

⊙ *Pronotum angulis lateralibus acutis.*

* *Capite griseo.*

Spec: 155. *Binotatum.* Hahn. II. p. 130. t. 69. f. 212.

Luteo-griseum, crebre nigro-punctatum, *scutelli* angulis basalibus albo-maculatis, *membrana* fusca.

Long: 2—3 lin.

Lat: $1^1/_3$—2 lin.

Habitat in Verbasco provinciae Elisabethopol.

** *Capite aeneo.*

Spec: 156. *Aeneum.* Scopoli. E. S. 122. 358.

Griseo nigro-punctatum. De geer. III. 270. 15.

Perlatum. Fabr. E. S. IV. 125. 177.
» » S. R. 187. 15.
» Panz. F. G. 33. t. 24.
» Wolff. II. 68. 65. t. 7. f. 65.
» Fall. M. C. S. 50. 80.
» » H. S. 32. 18.
» Curtis. I. pl. 20.
» Steph. Haust. 338. 9454.
» Hahn. II. p. 67. t. 51. f. 155.
» Herrich-Sch. N. E. I. 56 et 93.
» Hope. Cat. of Hem. 8. 46. 39.

Griseum, crebre punctatum; *capite* et *pronoto* antico nigro-aeneis; *scutelli* angulis basalibus macula rotunda alba elevata; *membrana* griseo-albida.

Long: $2^3/_4$—3 lin.
Lat: $1^3/_4$ lin.

Habitat in Leonuro et Marrubio Caucasi.

⊙ ⊙ *Pronotum angulis lateralibus obtusis.*

* *Scutelli basis macula semicirculari aenea.*

Spec: 157. *Melanocephalum.* Fabr. E. S. IV. 125. 176.
» » S. R. 187. 14.
» Panz. F. G. 26. t. 24.
» Wolff. 139. t. 14. f. 134. a. b.
» Donovan. XII. pl. 431.
» Hahn. II. p. 130. t. 69. f. 211.
» Herrich-Schaeff. N. E. I. 56 et 93.
» Hope. Cat. of Hem. 8. 46. 38.

Griseum, crebre punctatum; *capite, pronoto* antico nigro-aeneis; *scutelli* angulis basalibus macula oblonga minori alba paulo elevata; *membrana* griseo-albida.

Long: 2—$2^2/_3$ lin.

Lat: $1^2/_3$ lin.

Habitat in Eremostachyde laciniata provinciae Scheki Transcaucasiae.

** *Scutelli basis griseo-pallida.*

Spec: 158. *Pusillum.* Panz. F. G. 115. 9.

» Herrich-Schaeff. N. E. I. 56 et 93.

Griseo-pallidum, crebre punctulatum; *capite* apice rotundato, nigro-aeneo, luteo marginato, cervice luteo; *pronoto* antico maculis duabus transverse rhomboideis nigro-aeneis; *scutelli* angulis basalibus macula alba rotunda elevata, apice angustissime pallido; *membrana* hyalina.

Long: $2^1/_4$ lin.

Lat: $1^1/_2$ lin.

Habitat in Verbasco et Leonuro Caucasi.

*** *Scutelli apex lunula alba.*

Spec: 159. *Bipunctatum.* Fabr. E. S. IV. 121. 160.

» » S. R. 176. 108.

» Coqueb. Ill. dec. II. t. 19. f. 1.

» Panz. F. G. 113. 10.

» Hahn. II. p. 68. t. 51. f. 156.

» Brullé. Exp. Mor. T. III. 70. 12.

» Herrich-Sch. N E. I. 56 et 92.

Rufum, crebre nigro-punctatum; *capite* subquadrato; *scutello* punctis duobus callosis ad angulos basales albis; *abdominis* margine nigro-maculato, ano acuminato.

Long: $3^4/_5$ lin.

Lat: 2 lin.

Habitat in Achillea Caucasi et Transcaucasiae communis.

† † *Pronoti disco toro longitudinali calloso.*

Genus: JALLA. Hahn.

(ab *ἰαλλω,* mitto). Pentatoma. Latr. Herrich-Schaeffer. Steph. Cimex. Linn. Fabr. Fallén.

Character: Forma lata, ovalis; *antennae* capite cum pronoto vix longiores, quarum articulus *primus* brevissimus vix longior quam crassus capitis marginem anticum non attingit, *secundus* longissimus et crassitie tertii, *quartus* crassior prioribus et longitudine quinti cylindrici; *hemielytra* nervis duobus, *membrana* basi nervo transversali, ex quo multi longitudinales oriuntur et apice nonnumquam distichi evadunt.

* *Scutelli anguli basales absque maculis callosis.*

Spec: 160. *Herrichii.* mihi.

Vide: Tab. XV. fig. 33.

(In honorem et memoriam D^r. Dris. *Herrich-Schaeffer*, qui indefesso labore Cimicum Icones et Nomenclatorem Entomologicum cuilibet Entomologo pernecessarium publice edidit.)

Atra, erosa, toro longitudinali pronoti et scutelli calloso, marginis corii externi parte antica abdominisque rubris.

Caput punctato-rugosum, antice sub-rodundatum, sinuatum, retro apicem sulculis duabus parallelis ad dimidium decurrentibus; *pronotum* cum scutello profundius rugoso-punctatum, erosum; *hemielytra* profunde crebre punctata; membrana nigra, marginibus fuscis; *antennarum* articuli duo apicales fusco-pilosi; *venter* crebre

punctatus niger, fascia utrinque rubra aut maculis seriatim; *pedes* nigri breviter fusco-pilosi.

Long: $5^1/_2$ lin.
Lat: $2^2/_3$ lin.

Habitat in Astragalo Caucasico cum *Alydo Tragacanthae*, in provincia Elisabethopol, mense Junio.

** *Scutelli anguli basales maculis callosis.*

Spec: 161. *Dumosa.* Linn. S. N. n. 46. p. 711.
» » « II. 271. 46.
» » edit. XIII. n. 46. p. 2152.
» » F. S. 929.
» Panz. F. G. 33. t. 18.
» Fabr. E. S. IV. p. 111. n. 121.
» » S. Ent. n. 71. p. 711
» » S. R. 168. 71.
» » Sp. Ins. T. II. n. 101. p. 355.
» » Mant. Ins. T. II. n. 131. p. 293.
» Fall. M. C. S. 47. 10.
» » H. S. 28. 12.
» Steph. Haust. 339. 9458.
» Hahn. I. p. 101. t. 16. f. 54 et 55.
» Herrich-Schaeff. N. E. I. p. 56 et 92.
» Hope. Cat. of Hem. 9. 46. 97.

Rufo-fusca aut griseo-fusca, profunde punctata; *capite* antice prolongato subquadrato, toro longitudinali per caput et anticam partem pronoti et scutelli percurrente impunctato elevato pallide rubro; *pedibus* anticis dente armatis; *tibiis* annulo rufo aut pallido, *abdominis* margine maculato.

Long: $5^1/_2$—$6^1/_4$ lin.
Lat: 3—$3^1/_2$ lin.

Habitat in Vacciniis Caucasi. Petropoli etiam mense Majo a me semel capta.

† † † *Pronoti latera immarginata.*

Genus: ASOPUS. Burm.

(derivari nequit!) EURYDEMA. Laporte. PENTATOMA. Hahn. Hope. CIMEX. Linn. Fabr. Panz.

Character: Forma ovalis; *caput* subquadratum, antice paulo sinuatum; *oculi* prominuli cum ocellis concolores; *pronotum* hexagonum, angulis externis obtusis; *scutellum* absque toro aut macula elevata; *hemielytra* nervis duobus, *membrana* nervo basali transverso et sex vel septem longitudinalibus, medio disticho; *antennarum* articulus *basalis* capitis apicem non attingit, *secundus* longissimus, *tertius* brevior quarto, *quintus* longitudine quarti, cylindricus, *antennae* capite cum pronoto paulo longiores; *pedes* inermes.

* *Viridi-aeneus.*

Spec: 162. *Coeruleus.* Linn. S. N. II. p. 722. 10. n. 50.
» » ed. XIII. n. 50. p. 2154.
» » F. S. 933.
» Geoffr. I. 472. 75.
» De Geer. III. 268. 11.
» Schaeff. Jc. t. 51. fig. 4.
» Stoll. t. 31. f. 223.
» Schrank. En. 530.
» » Fn. boica. II. 1. 76. 1111.
» Panz. F. G. 32. t. 14.
» Fabr. E. S. IV. 123. 166.
» » Spec. Ins. T. II. n. 129. p. 395.

Coeruleus. Fabr. S. R. 178. 119.
» » Syst. Ent. n. 95. p. 716.
» » Mant. Ins. T. II. n. 169. p. 296.
» Curtis. I. pl. 20.
» Fall. Mon. C. S. 50. 17.
» » H. S. 32. 17.
» Hahn. II. p. 65. t. 50. f. 154.
» Herrich-Sch. N. E. I. 56 et 92.
» Hope. Cat. of Hem. 9. 46. 90.

Coeruleus aut viridi-aeneus, immaculatus, profunde punctatus, *antennis, oculis pedibus*que nigris.

Long: $2^1/_2$ lin.
Lat: $1^3/_4$ lin.

Habitat in Thesio ramoso, in locis herbidis Caucasi et Transcaucasiae.

† † † † *Pronoti margines laterales acuti, antice crenulati aut serrati.*

* *Caput trilobum, lobo medio breviori.*

Genus: ARMA. Hahn.

Jalla. Spinola. Pentatoma. Herrich-Sch. Hope. Cimex. Linn. Wolff. Panzer.

Character: Forma ovalis; *caput* pronoto immissum, lobis lateralibus rotundatis; *oculi* cum ocellis concolores; *antennae* corporis dimidio longiores, quarum articulus *primus* brevis capitis marginem non excedit, *secundus* longissimus, *tertius* brevior secundo, *quartus* vix brevior tertio, *quintus* brevior quarto. *Pronotum* hexagonum; *scutellum* apice productum, corium paulo superans. *Rostellum* ad acetabula pedum posticorum porrectum, validum, cujus articulus *primus* capite brevior, *secundus*

longissimus, compressus, *tertius* brevior primo, *quartus* brevissimus. *Hemielytra* nervo unico paulo flexo; *membrana* nervis pluribus longitudinalibus, nonnullis distichis, omnibus ex nervo transverso basali originem ducentibus; *femora* antica et intermedia dentata.

x *Pronoti anguli acute producti.*

(*) *Antennis rufis.*

Spec: 163. *Bidens.* Linn. S. N. n. 23. p. 718.
» » S. N. ed. XIII. n. 23. p. 2135.
» Rossi. F. E. J. II. p. 230. N. 1279.
» Linne. F. S. n. 921.
» De geer. Ins. III. n. 6. p. 259. t. 13. f. 8. t. 15. f. 9.
» Fuessly. J. H. 25. n. 482.
» Panz. F. G. 26. t. 22.
» Fabr. E. S. T. IV. n. 54. p. 93.
» » S. R. 155. 28. 2.
» » Spec. Ins. T. II. n. 35. p. 344.
» » Syst. Ent. n. 23. p. 701.
» » Mant. Ins. T. II. n. 41. p. 283.
» Wolff. I. C. I. 7. 7. t. 1. f. 7.
» Fallén. M. C. S. 43. 1.
» » H. S. 22. 1.
» Zetterst. F. J. L. I. 4631.
» Hahn. I. p. 92. t. 15. f. 51.
» Herrich-Sch. N. E. I. 92 et 56.
» Zetterst. J. L. p. 259. 4. 1.
» Spinola. Ess. p. 335. 1.
» Hope. Cat. of Hemipt. 9. 46. 101.

Brunneo-grisea aut aeneo-fusca, impresso nigro-punctata, *pronoti* margine crenulato, angulis in spinam acutissimam paroductis, spinis nigrescentibus; *scutelli* apice

obtuse pallido; *membrana* aeneo-nitente; *femoribus* anticis unidentatis; *antennis pedibus*que rufis; *abdominis* margine nigro-maculato.

Mas: hypopygio truncato, ciliato, corniculis duobus acutis elongatis.

Femina: Paulo major, hypopygio convexiori, rimato, laminis duabus exsertis ciliatis.

Long: $4^1/_2$ lin.

Lat: thor: $3^1/_4$ lin, abdom: $2^3/_4$ lin.

Habitat in nemoribus Caucasi.

(**) *Antennarum articulo quarto apice late fulvo.*

Spec: 164. *Luridum.* Fabr. E. S. IV. 9457.

» » S. R. 157. 6.

» Panz. F. G. 92. 2.

» Wolff. Jc. C. 130.

» Fall. M. C. S. p. 46. n. 8.

» Hahn. I. p. 97. t. 15. f. 53.

» Herrich-Sch. N. E. I. 56 et 93.

» Hope. Cat. 9. 12. 110.

Griseo-lurida, crebre nigro-punctata; *pronoti* margine denticulato, angulis in lobos elevatos rotundatos productis, apicibus nigrescentibus; *scutelli* apice concolori; *membrana* fusca, nitente; *antennis* nigris, articulo quarto apice luteo; *pedibus* griseis; *abdominis* margine late nigro-maculato.

Long: 5 lin.

Lat: thor: $2^1/_2$, abdom: $2^3/_4$ lin.

Habitat in arbustis Caucasi raro.

× × *Pronoto utrinque rectangulo.*

(*) *Tibiis annulo flavo.*

Spec: 165. *Punctatum.* Linn. S. N. II. 720. 34.

» » F. S. 924.

Punctatum. De geer. J. III. 269. 14.
» Fabr. E. S. IV. 95. 62.
» » S. R. 157. 12.
» Panz. F. G. 114. 9.
» Fall. M. C. S. 45. 6. — H. S. 6.
» Wolff. J. C. 173.
» Zett. F. L. I. 464. 5. ♂ et ♀.
» Hahn. II. p. 69. t. 51. f. 157.
» Herrich-Sch. N. E. I. 56 et 92.
» Zetterst. J. L. 260. 4. 5.

Fusca, dense nigro-punctata; *pronoti* margine crenulato, angulis concoloribus; *scutelli* apice concolori; *membrana* fusca; *antennis pedibusque* nigris, *tibiis* annulo lato flavo; *abdominis* margine nigro-maculato, *ventre* griseo adsperso.

Loug: 4 lin.

Lat: thor: $2^1/_5$, abdom: $2^1/_4$ lin.

Habitat in arbustis Caucasi, raro.

(**) *Tibiis rufis.*

Spec: 166. *Custos.* Panz. F. G. 114. 9.
» Fabr. E. S. IV. 94. 58.
» » S. R. 157. 7.
» Wolff. J. C. 131.
» Hahn. I. p. 95. t. 15. f. 52.
» Herrich-Sch. N. E. I. 56 et 92.

Ferruginea confertim subtilissime punctata; *pronoti* margine crenulato, angulis fuscis acutioribus; *scutello* rufo; *membrana* fusca; *antennis* flavis; *annulis* duobus nigris (in tertio et quarto articulo); *pedibus* rufis; *abdominis* margine nigro-maculato; *ventre* flavo-rufo obsolete variegato.

Long: $5^1/_4$ lin.
Lat: thor. 3, abdom. $2^3/_4$ lin.

Habitat rarissima in Caucasi arbustis.

* * *Caput bilobum, lobis prolongatis.*

Genus: HALYS. Fabr. Latr. Hope.

(ab *ἁλυς, υος,* sollicitudo aut ab *ἁλς, ἁλος,* sal aut ab *ἁλυω,* vago). Apodiphus. Spinola. (ab *ἀπο* adverb. longe et *διφυια* bifida partitio aut *διφυής, ηος,* bipartitus).

Character: Forma oblongo-ovalis, subplana; *caput* prolongatum; *oculi* prominuli cum *ocellis* concolores; *antennae* tenues, longitudine capitis cum thorace, quarum articulus *basalis* crassus caput vix excedit, *secundus* omnium longissimus, *tertius* quarto aequalis et cum illo per globulum inter-articularem *(rotulam)* conjunctus, *quintus* cylindricus: *rostellum* acetabula pedum posticorum excedit, tenue, articulo basali brevissimo et crassiori reliquis; *pronotum* hexagonum, marginibus externis inaequalibus; *scutello* abdominis dimidium paulo excedente; *hemielytra* nervis duobus apicem non attingentibus; *membrana* nervis 12—14, nonnullis distichis; *femora* tibiaeque apice sensim incrassato.

× *Marginibus dentatis, capitis lobis convergentibus.*

Spec: 167. *Spinosula.* Lefebvre. Guerin. Mag. pl. et pag. 21.
» Stoll. Cim. T. 24. f. 169?
» Herrich-Schaeff. IV. p. 99. t. 142. f. 446.
» Spinola. Ess. Ent. p. 295. 1.
» Hope. Cat. of Hem. 6. 28. 1.

Fusco picea, grosse transversim rugosa; corporis totius margine dense dentato, spinis in capite antrorsum; in abdomine retrorsum vergentibus; collo maculis tribus: *scutelli* basi una, apice et in *hemielytris* pluribus dispersis albidis aut luteis.

Long: 9—10 lin.
Lat: 4⁴/₈—5 lin.

Habitat in Ephedra procera et monostachya provinciae Elisabethopoleos, Transcaucasiae.

× × *Marginibus muticis, capitis lobis divergentibus.*

Spec: 168. *Hellenica.* Lefebvre in Guerin. Mag. d. Zool. pag. et pl. 24.
» Brullé. Exp. Mor. T. III. p. 71. 16.
» Spinola. Ess. Ent. p. 29. 6. 2.
» Herrich-Sch. V. pag. 67. t. 166. f. 512.
» Hope. Cat. of Hem. 6. 28. 7.
Amygdali. Germar. Hope. Cat.
Exsculpta. Burm. Hdb. II. p. 362.

Fusco-brunneo-variolosa; *abdominis* margine aurantiaco, nigro-maculato; *capite* antice late exciso colliciaeformi, lobis acutis; margine *pronoti* externo antico crenulato, flexuoso; *antennis pedibus*que fusco-luteo variegatis.

Long: $8^1/_4$ lin.
Lat: $4^1/_3$ lin.

Habitat in Pistacia mutica et Amygdalo provinciae Karabagh.

+ + + *Capitis dorsum planum, ellipticum, lobo medio paulo breviori, lateralibus antice attenuatis, convergentibus.*

† *Pronoti margines acuti.*

Genus: TROPICORIS. Hahn.

(a τρόπις, carina et κόρις, cimex). Pentatoma. Latr. Herrich-Sch. Cimex. Linn. Fab. Fall. Zetterst.

Character: Forma ovalis, angulata, sub-plana; *caput* antice angustius, rotundatum; *oculi* cum *ocellis* concolores; *antennae* corporis dimidium superant, quarum articulus *tertius* omnium longissimus, *quartus* quinto aequalis; inter articulum quartum et quintum atque inter tertium et quartum *rotula interarticularis* globosa; *rostellum* acetabula pedum posticorum excedit, cujus articulus *primus* longitudine capitis, *secundus* longissimus; *pronotum* octangulare, marginibus externis anticis crenulatis, angulis lateralibus retusis elevatis acutis; *scutellum* ante apicem angustatum; *hemielytra* nervis duobus, quorum externus apice obsolete distichus, clavus triangularis; *membrana* margine lato, nervis sex parallelis, flexis, medio disticho; *femora* versus apicem pedetentim et modice incrassata, *pedes* longi. Odor penetrans.

Spec: 169. *Rufipes*. Linn. S. N. II. 719. 24.
» » F. S. 922.
» De Geer. III. 253. 2.
» Rossi. F. E. J. II. 230. 1298.
» Schaeffer. Jc. J. t. 57. f. 6. 7.
» Panz. F. G. 113. 11.
» Fabr. E. S. IV. 93. 56.
» » S. R. 156. 5.
» Wolff. I. 9. t. 1. f. 9.
» Fall. M. C. 46. 7.
» » H. S. 26. 7.
» Kirby. et Sp. I. E. pl. 2. f. 5.
» Turt. II. 623.

Rufipes. Stew. II. 103. pl. 8. f. 5.
» Harr. Ex. 89. pl. 26. f. 6.
» Curtis. I. pl. 20.
» Zetterst. F. J. L. I. 46. 3. 2.
» Steph. Haust. 339. 9466.
» Hahn. II. p. 54. t. 47. f. 145.
» Herrich-Sch. N. E. I. 56 et 93.
» Hope. Cat. of Hem. 8. 46. 4.
» Zetterst. J. L. 259. 4. 2.
» Spinola. Ess. Ent. p. 310.

Rufo-fusca, crebre punctata, subaeneo-nitida; *scutelli* metallescentis basis rugulosa, apex luteus; *pronoti* anguli externi nigrescentes; *abdominis* margo nigro-maculatus; *antennae pedes*que rufi.

Long: 7 lin.

Lat: thor: $3^3/_4$, abdom: $3^1/_2$ lin.

Habitat in virgultis Caucasi et Iberiae.

† † *Pronoti margines subacuti, plus minusve incrassato-elevati.*

Genus: CARPOCORIS. mihi.

(a *καρπος*, semen et fructus et *κόρις*, cimex.) Pentatoma. Oliv. Latr. Herrich-Sch. Hope. Cimex. Linn. Fab. Fall. Zetterst.

Character: Forma ovalis, hexangularis, subconvexa; *caput* modice prolongatum, trilobum, lobo medio breviori, lateralibus rotundatis; *oculi* modici, *ocellis* concoloribus; *antennae* longitudine corporis dimidii, tenues, quarum articuli omnes crassitie aequales, *primus* caput non excedit, *tertius* longior primo, reliqui longiores tertio inter se aequales, inter articulum tertium et quartum *rotula interarticulari* globosa minima; *rostellum* ad aceta-

bula pedum posticorum porrectum, cujus articulus *basalis* longitudine capitis, *secundus* longissimus, *quartus* brevissimus; *pronotum* hexagonum; *scutellum* corporis dimidium paulo excedit ante apicem angustatum; *hemielytra* praeter nervum internum nervo simplici medio apice obsoleto, *clavo* elongato triangulari; *membrana* margine lato, cellula una basali nervisque sex vel septem parallelis flexis, medio disticho; *pedes* pilosi, femoribus paulo compressis.

Habitant in seminibus immaturis mollibus et baccis.

× *Pronoti margine concolori.*

* *Rufae.*

⊙ *Scutello concolori.*

Spec: 170. *Nigricornis.* Fabr. E. S. IV. 94. 59.
» » S. R. 157. 8.
» Rossi. F. E. II. 231. 1299.
» Panzer. F. G. 113. 9.
» Wolff. J. C. 132. a—d.
» Fall. M. C. S. 47. 9.
» » H. S. 27. 9.
» Hahn. II. p. 58. t. 48. f. 147.
» Herrich-Sch. N. E. I. 56 et 93.
» Brullé. Exp. Mor. T. III. i. 69. 8.
» Hope. Cat. of Hem. 8. 46. 24.
Purpureipennis. De Geer. III. 258. 5. t. 13. f. 15.

Ferruginea, crebre punctata; *capitis* margine nigro; pronoti angulis externis valde prominentibus, elevatis, postice nigrescentibus; *antennarum* articulo *primo* rufo, *reliquis* nigris; *abdominis* margine maculis alternantibus aequalibus fuscis et pallidis.

Long: 6 lin.

Lat: thor: $3^{3}/_{4}$, abdom: $3^{1}/_{2}$ lin.

Habitat in seminibus Umbellatarum, Verbasco et baccis Caucasi, rarior.

⊙ ⊙ *Scutello discolori.*

(*) *Scutelli basi maculis nigris.*

Spec: 171. *Eryngii* *). Germar. It. Dalm. p. 283. n. 479.
» Ahrens. Fn. Europ. Fasc. 2. N. 21.
» Hahn. II. p. 59. t. 48. f. 148.
» Hope. Cat. of Hem. 8. 46. 25.

Ferruginea, pallida aut purpurea, crebre ruguloso-punctata; *capitis* margine late fasciaque media nigris; *pronoti* angulis externis minus prominentibus, paululum elevatis, antice et postice nigris; pronoto antico fasciis quatuor nigris; *antennarum* articulo *basali* rufo, *reliquis* nigris; *abdominis* margine maculis alternantibus aequalibus nigris et rufis; *scutelli* basi maculis tribus nigris, lateralibus arcuatis, media quadrata.

Long: 6—7 lin.

Lat: thor: et abdom: $3^{1}/_{2}$ lin.

Variet: α. maculis lateralibus ante apicem scutelli nigris.

Variet: β. fasciis maculisque nigris obsoletis.

Habitat in Carduis, Umbellatis et baccis Iberiae et Armeniae, frequens.

** *Viridescentes.*

---

*) *Varia.* Panz 126. 20. propter difformem effigiem vix synonima! potius varietas *baccarum.* Lin. Fabr.

⊙ *Antennarum articulo quarto basi rufo.*

Spec: 172. *Pusio.* mihi.

Vide: Tab. XVI. fig. 39.

Pallide-virescens, ovalis, punctata; *capite* antice sinuato, fronte sulculis duabus ad dimidium percurrentibus; *pronoti* angulis externis modice protractis subrotundis, pone angulum tuberculo concolori; *scutellum* dimidio angustatum apice subacuminatum, paulo sursum flexo; *hemielytra* subtilius nigro-punctata; *membrana* albida; *antennarum* articulis *tribus basalibus* rufis, *quarto* basi rufo, ceteris nigris; *ventre pedibus*que testaceis, *abdominis* margine maculis utrinque quatuor minimis rotundis nigris et segmento altero priori breviori, hinc inaequali.

Long: $3^1/_2$ lin.

Lat: $2^1/_4$ lin.

Habitat in vepreculis provinciae Karabagh.

⊙ ⊙ *Antennarum articulo quarto apice rufo.*

Spec: 173. *Prasina.* Linn. S. N. II. 722. 49.
» » F. S. 931.
» Degéer. III. 266. 9.
» Stoll. II. t. 19. f. 127.
» Panzer. F. G. 115. 8.
» Fabr. E. S. IV. 109. 111.
» » S. R. 166. 58.
» Wolff. J. C. II. 55. 49. t. 6. f. 49.
» Donovan. IV. pl. 123.
» Fallén. M. C. S. 47. 11.
» » H. S. 28. 12.
» Stew. II. 103.
» Turt. II. 643.
» Leach. E. E. IX. 121.

Prasina. Sam. I. 33. pl. 5. f. 6.
» Curtis. I. pl. 20.
» Hahn. II. p. 60. t. 49. f. 149.
» Herrich-Schaeff. N. E. I. 56 et 93.
» Hope. Cat. of Hem. 9. 46. 71.
Viridis. Harr. Ex. 88. pl. 26. f. 1.

Viridis, crebre punctato-rugosa, *antennarum* articulo *quarto* apice rufo, *quinto* basi rufo apice fusco, *ventre* viridi-flavo.

Long: $5^1/_4$ lin.
Lat: 3 lin.

Habitat in nemoribus Caucasi, rarior.

× × *Pronoti margine externo antico discolori.*

* *Viridescentes.*

⊙ *Scutello concolori.*

Spec: 174. *Dissimilis.* Fabr. E. S. IV. 109. 112.
» » S. J. II. p. 354. n. 97.
» » S. R. 167. 59.
» » Mantiss. II. p. 292. n. 124.
» Panzer. F. G. Fasc. 33. t. 15.
» Wolff. II. 50. t. 6. f. 50.
» Curtis. I. pl. 20.
» Steph. Haust. 339. 9461.
» Hahn. II. p. 60. var. β.
» Herrich-Sch. N. E. I. 92 et 56.
Discolor. Wolff. 177.

Viridi-fusca, crebre punctato-rugosa, margine *pronoti* externo antico *ventre*que flavo-ferrugineo.

Long: $5^1/_2$ lin.
Lat: $3^1/_5$ lin.

Habitat in arbustis Caucasi, rarior.

⊙ ⊙ *Scutello discolori.*

Spec: 175. *Juniperina.* Linn. S. N. II. 722. 48.
« » S. N. ed. XIII. p. 2153. n. 48.
» » F. S. n. 930.
» Degeer. III. t. 13. f. 1. 2.
» Schaeff. Jc. t. 46. f. 1. 2.
» Scopoli. E. C. 122. 359.
» Panz. F. G. 33. t. 16.
» Fabr. S. E. n. 68. p. 711.
» » Sp. J. T. II. n. 98. p. 354.
» » Mant. J. T. II. n. 125. p. 292.
» » E. S. IV. n. 113. p. 109.
» » S. R. 167. 60.
» Wolff. II. 54. 51. t. 6. f. 51.
» Fall. M. C. S. 47. 12.
» » H. S. 28. 11.
» Zett. F. J. L. I. 465. 7.
» » J. L. 260. 7.
» Berk. S. I. 116.
» Stew. II. 103.
» Turt. II. 643.
» Curtis. I. pl. 20.
» Steph. Haust. 339. 9459.
» Hahn. II. p. 61. t. 40. f. 150.
» Herrich - Schaeffer. N. E. I. 56 et 92.
» Hope. Cat. of Hem. 8. 46. 23.
Subrotundatus (Cimex). Geoffr. J. T. I. n. 61. p. 464.

Viridi - flavescens, crebre punctata, margine undique *scutello*que apice flavis, *antennis* extrorsum nigris.

Long: 4 lin.
Lat: $3^1/_4$ lin.

Habitat in Juniperis Caucasi, raro.

* * *Griseae aut rufae.*

⊙ *Antennis nigris.*

Spec: 176. *Bilunulata.* mihi.

Vide: Tab. XVI. fig. 35.

Grisea, crebre nigro-punctata; *capite* producto, nigro, fasciis duabus in pronotum anticum prolongatis luteis; *pronoto* griseo, pone marginem nigro, angulis externis elevatis antice nigris, margine externo antico sinuato, luteo; *scutello* griseo, basi lunula utrinque lutea, in cujus concavitate nigredo, apice luteo; *hemielytris* subtilius punctatis; *abdominis* margine maculis alternantibus nigris et pallidis; *pedibus* rufis, nigro adspersis.

Long: $4^1/_2$ lin.
Lat: $2^1/_2$ lin.

Habitat in Bunio paucifolio provinciae Elisabethopol, trans Caucasum, non infrequens.

Var: 177. *Persica.* mihi.

Vide: Tab. XVI. fig. 36.

Ferruginea, crebre punctata, reliqua ut supra.

Habitat in provincia Karabagh et Persia septemtrionali.

Var: 178. *Nubica.* mihi.

Vide: Tab. XVI. fig. 37.

Ferruginea, convexior, crebrius rugoso-punctata, reliqua ut supra, ast omnia coloris vivacioris.

Forsan nova species.

A D^o^. *Awerow* e Nubia allata mihique lubenter communicata.

⊙ ⊙ *Antennis variegatis.*

(*) *Articulis quarto et quinto nigris, basi albis aut fulvis.*

Spec: 179. *Vernalis.* Wolff. Jc. IV. p. 140. n. 135.
» Panz. F. G. 113. 6.
» Fall. M. C. S. 48. 14.
» » H. S. 30. 14.
» Hahn. II. p. 64. t. 50. f. 153.
» Herrich-Schaeff. N. E. I. 56 et 93.
» Spinola. Ess. Ent. p. 310.
» Hope. Cat. of Hem. 8. 46. 32.
» Rambur. F. E. Andal. 4. livr. p. 123. n. 8.

Ovata, grisea aut rufescens, crebre punctata; *scutelli* apice pallido, *abdominis* margine nigro-maculato, *pedibus* luteis nigro-punctatis.

Long: $4^3/_4$—5 lin.

Lat: $2^1/_2$—$2^3/_4$ lin.

Habitat in Verbascis Caucasi.

(**) *Articulis tertio, quarto et quinto nigris, basi albis.*

Spec: 180. *Sphacelata.* Fabr. E. S. IV. 120. 16.
» » S. R. 175. 103.
» Wolff. Jc. C. 96.
» Herrich-Schaeff. N. E. I. p. 36 et 93.
» Hope. Cat. of Hem. 8. 46. 33.
» Rambur. F. E. Andal. 4. livr. p. 122. n. 7.

Lynx. Panzer, 33. 17? (exclusis citatis Fabricii)

Albipes. Fabr. E. S. IV. 96. 65?
» » S. R. 158. 15?

Ovata, grisea-virescens; crebre punctata, *scutelli* apice lunula alba; *abdominis* margine nigro maculato, *pedibus* pallidis.

Long: 5 lin.

Lat: $2^3/_4$ lin.

Habitat in Verbascis Caucasi et trans Caucasum.

(***) *Articulis secundo, tertio, quarto et quinto nigris, basi albis.*

Spec: 181. *Baccarum.* Linn. S. N. II. 45. p. 721.
» » » » ed. XIII. n. 45. p. 2154.
» » F. S. n. 928.
» Degeer. III. 254. 4. t. 14. f. 5.
» Lister. Loq. 396. mut. tab. 31. f. 19.
» Raj. Ins. 54. 2.
» Schaeff. Jc. Ins. Ratisb. t. 57. f. 1. 2.
» Scopoli. E. C. 123. 360.
» Schrank. E. J. A. 525.
» » F. b. II. 1. p. 74. 1107.
» Fabr. E. S. T. IV. n. 144. p. 117.
» » S. R. 172. 92.
» » S. E. n. 83. p. 713.
» » Sp. Ins. T. II. n. 115. p. 356.
» » Mantiss. Ins. T. II. n. 150. p. 294.
» Panzer. F. G. 33. t. 20.
» Wolff. II. 60. 57. t. 6. f. 57.
» Fall. M. C. S. 48. 13.
» » H. S. 29. 13.
» Curtis. I. pl. 20.

Baccarum. Berk. S. I. 115.
» Stew. II. 103.
» Turt. II. 647.
» Zett. F. J. L. I. 464. 6.
» Brullé. Exp. Mor. T. III. p. 70. n. 9.
» Hahn. II. p. 63. t. 50. f. 152.
» Herrich-Sch. N. E. I. p. 56 et 91.
» Zett. J. L. 260. 6.
» Hope. Cat. of Hem. 8. 46. 27.
» Rambur. F. E. Andal. 4. livr. p. 124. n. 10.
Verbasci. Degeer. Uib. III. 176. t. 14. f. 3—5.
Nebulosa. P. Poda. Mus. Graec. p. 56.
Subatra. Harr. Ex. 90. pl. 26. f. 7.

Rufa, pilosa, punctata, *scutelli* apice sensim pallidiori, *abdominis* margine nigro-maculato, *pedibus* luteis, *tarsis* nigris.

Long: 5 lin.
Lat: 3 lin.

Habitat in Verbasco, Carduis, Fragariis aliisque plantis Caucasi et Transcaucasiae, frequentissima.

Var: Ventris medio maculis tribus utrinque nigris, oblongis, ceterum minor.

β. Pectore aut ventre armato.

DENDROCORISIAE.

mihi.

(a *δένδρον, ου,* arbor et *κόρις,* cimex).

Incolunt arbores, numquam occurrunt communes, semper vagae et singulares.

+ *Ventris basis spina antrorsum porrecta armata.*

Genus: RAPHIGASTER. Laporte.

(a ῥαφη, sutura et γαστὴρ, venter.) Herrich-Schaeffer. Hope. Pentatoma. Latr. Gmr. Panz. Cimex. Linné. Fabr. Burm.

Character: Forma oblongo-ovalis, subconvexa, hexangularis; *caput* longius ac latum, trilobum, lobo medio cum lateralibus aeque longo, *oculi* modice cum *ocellis* concolores; *pronotum* hexagonum, angulis externis obtusis; *scutellum* dimidium corporis excedens ante apicem angustatum, subacuminatum; *hemielytra* nervo externo disticho, margine postico arcuato extus convexo; *membrana* valde prominula, basi cellula una nervisque octo vel novem parallelis; *antennarum* articulo *primo* capite breviori, *rotula* inter articulum tertium, quartum et quintum globosa; *rostellum* sulco pectorali reclinandum, acetabula pedum posticorum vix excedens; *venter* medio carinatus; *pedes* graciles; *femora* sensim ad apicem incrassata.

* *Scutelli basis punctis tribus flavis.*

Spec: 182. *Smaragdulus.* Fabr. E. S. IV. 109. 114.
» » S. R. 167. 61.
» Wolff. Jc. II. 56. 53. t. 9. f. 53.
» Panz. F. G. 115. 7.
» Herrich-Sch. N. E. I. 57 et 94.

Viridis, oblongo-ovatus, crebre ruguloso-punctatus, alutaceus (chagrin), margine undique externo tenuissime flavo-viridi, *antennarum* articulo tertio apice quartoque et quinto integris fusco-luteis, ceteris viridescentibus, maculis in basi *scutelli* tribus impunctatis callosis pallidis.

Long: $6^1/_4$ lin.
Lat: $3^3/_4$ lin.

Habitat in variis arboribus provinciae Karabagh, inprimis Celtide et Moro.

** *Scutellum concolor.*

○ *Viridescentes.*

(*) *Antennis concoloribus, coeruleo-viridibus.*

Spec: 183. *Incarnatus.* Germar. Fn. 4. 23.
» Herrich-Sch. N. E. I. 94 et 57.
Purpuripennis. Hahn. II. pag. 62. tab. 40. f. 151.
» Rambur. F. E. Andal. 4. livr. p. 125.
Alliaceus. Germar. Fn. 9. 14.
Lituratus. Burm. II. p. 365. n. 3. (teste Rambur).

Viridis aut incarnatus, crebre punctatus, marginibus undipue externis anguste pallide-rubris aut aurantiacis.

Long:. 6 lin.
Lat: $3^1/_4$ lin.

Habitat in Crataegis provinciae Elisabethopol Transcaucasiae.

(**) *Antennarum articulo secundo et tertio coeruleis.*

Spec: 184. *Germarii.* mihi. *)

Vide: Tab. XVI. fig. 38.

Viridis, elongatus, angustus, crebre punctatus, *capite,* lateribus *pronoti* et *hemielytris* albo-marginatis, *antennarum* articulis quarto et quinto viridibus fuscoque pilosis, *pedibus* flavis; *abdominis* margine utrinque maculis quatuor orbicularibus minutis nigris, *ventre* viridi-flavo, *spinula* minima, vix visibili.

---

*) *Cimex virens* Klug. Symb. phys. Dec. V. n. 7. pl. XLIV. f. 11. nostrae speciei valde similis, ast 6 lin. longus.

Long: $4^2/_3$ lin.
Long: cum membrana prominente: $5^1/_4$ lin.
Lat: $2^1/_4$ lin.

Habitat in Parrotia persica in confiniis Persiae.

⊙ ⊙ *Grisescentes.*

Antennis nigro-flavoque variis.

Spec: 185. *Griseus.* Linn. S. N. II. p. 721. n. 43.
» » » ed. XIII. n. 43. p. 2151.
» » F. S. n. 926.
» Degeer. Ins. III. 261. 8. t. 14. f. 9.
» Geoffr. Ins. I. p. 466. n. 64.
» Panz. F. G. 33. t. 19.
» Wolff. J. C. 2. 59. 56. t. 6. f. 56.
» Fabr. Spec. Ins. T. II. n. 110. p. 356.
» Fabr. Mant. Ins. T. II. n. 146. p. 294.
» » Ent. S. T. IV. n. 140. p. 116.
» » S. R. p. 171. n. 87.
» Herrich-Sch. N. E. I. p. 57 et 93.
» Hope. Cat. of Hem. 7. 44. 3.
» Rambur. F. E. Andal. 4. livr. p. 126.

Punctipennis. Burm. II. p. 365. n. 2.

Griseus aut griseo-rufescens, fusco-irroratus, crebre punctatus, oblongo-ovatus, *abdominis* lateribus albo-nigroque variis.

Long: 6 lin.
Lat: $3^1/_2$ lin.

Habitat in Pomaceis Caucasi et Transcaucasiae.

++ *Pectore carinato, ventris basi spina antrorsum porrecta.*

Genus: ACANTHOSOMA. Curtis.

(ab ἄκανθα, aculeus et σῶμα, corpus). Laporte. Herrich-Schaeff. Hope. Clinocoris. Hahn. (a κλίνω, inclino et κόρις). Pentatoma. Latr. Elasmus . . . . .? Cimex. Linné. Fabr. Fallén.

Character: Forma oblongo-ovalis, subplana; *caput* vix longius ac latum, trilobum, lobo medio antice latiori et paulo prominenti; *oculi* cum *ocellis* discolores; *pronotum* hexagonum, medio transversim elevatum, antice decussatum; *scutellum* corporis dimidii aut paulo brevius; *hemielytra* nervo medio disticho, margine postico corii recto; *membrana* cellula basali incompleta nervisque pluribus simplicibus parallelis; *antennarum* articulus *primus* capite aut reliquis etiam articulis longior, crassior, falcatus, *secundus* longitudine quarti, *rotulae* inter articulos ultimos minimae, globosae, molles; *rostellum* ad acetabula pedum intermediorum porrectum, articulo *primo* capite breviori, *tertio* longissimo; *pedes* graciles; *hypopygium* dentatum. Valdopere olent.

* *Pronotum utrinque acutangulum.*

⊙ *Membrana immaculata.*

Spec: 186. *Haemorrhoidale.* Linn. S. N. II. 720. 35.
» » F. S. 925.
» Degeer. III. 254. 3. t. 35. f. 7.
» Geoffr. I. 465. 63.
» Schaeffer. J. R. t. 57. f. 8.
» Fabr. S. R. 160. 27.
» » E. S. IV. 98. 76.
» Wolff. J. C. I. 10. t. 1. f. 10.
» Panzer. F. G. 114. 12.

Haemorrhoidale. Fallén. M. C. S. 44. 3.
» » H. S. 23. 3.
» Donovan. VI. pl. 218. 2.
» Curtis. I. pl. 28.
» Stew. II. 103.
» Turt. II. 626.
» Kirby et Spence. I. E. III. 341.
» Steph. Haust. 340. 9470.
» Hahn. II. p. 72. t. 52. f. 158.
» Herrich-Sch. N. E. I. 57 et 94.
» Imhoff et Labran. 64.
» Hope. Cat. of Hem. 7. 43. 3.
Pabulinum. Harr. Ex. 88. pl. 26. f. 2.

Oblongum, grosse-punctatum rufescens aut viridescens, *pronoti* angulis externis et *hypopygio* sanguineis; *antennarum* articulo *basali* rufo, *reliquis* nigris aut fuscis, *secundo* basi rufo; *abdominis dorso* circa scutellum nigro, ad latera apiceque sanguineo, *ventre* sanguineo, nitidissimo; *pedibus* pallide-rufis aut luteis, fusco subtilissime adspersis; *tarsis* fuscis.

Long: 8 lin.
Lat: 5 lin.

Habitat in Tilia et Acere Caucasi.

⊙ ⊙ *Membrana maculatâ.*

× *Caput breve; membrana macula marginali externa nigra.*

Spec: 187. *Haematogaster.* Schrank. F. b.
» Panzer. F. G. 115. 13. 14.
» Herrich-Sch. N. E. I. 57 et 94.

Haematogaster. Hope. Cat. of Hem. p. 7. 43. 4. (absque citato Panzeri et Fabricii.)

Lituratum. Zetterst. Fn. Lapp. I. 463. 3. ♂. ♀. (absque citato Panzeri).

« » J. L. p. 259. 4. 3.

Lituratum. Fall. M. C. S. 44. 4.

» » H. S. 4.

Viridi-rufum, sparsim nigro-punctatum, nitidum; *pronoti* angulis nigris, margine postico atque corii clavo rufis; *scutello* acuminato; *abdominis dorso* nigro, margine et *hypopygio* rufo; *antennis* fuscis; *pedibus ventreque* pallidis; macula *membranae* triangulari fusca in medio marginis exterioris.

Long: $4^1/_2$ lin.

Lat: $2^1/_3$ lin.

Habitat in Caucaso ad terminum superiorem regionis sylvosae, ubi iterum incipit regio nemorosa. Altero anno a me etiam frequens auctumno observata est Petropoli, imo e Sibiria exemplaria allata conspexi. *Acanthosoma* hocce quam maxime divulgatum esse videtur et in alpibus et in regionibus septentrionalibus.

× × *Caput longum; membrana puncto basali lineaque dentata obliqua postica nigris.*

Spec: 188. *Lituratum.* Fabr. E. S. IV. n. 134. p. 114.

» » S. R. 84.

» Panz. F. G. 40. f. 19.

» Wolff. J. C. I. 14. t. 2. f. 14.

» Herrich-Sch. N. E. I. 57 et 94.

Dentatum. Degeer. III. 260. 8.

Rufum, crebre nigro-punctatum, nitidum; *pronoti* angulis concoloribus; *scutello* subacuminato; *abdominis* dor-

so circa scutellum et in medio disci nigrum, ceterum rufum; *antennis* pallidis, articulo *quarto* et *quinto* apice fusco; *pedibus* pallidis; *ventre* rufo.

Long: $4^3/_4$ lin.

Lat: 2 lin.

Habitat in Ciscaucasiae nemoribus, rarior.

× × × *Caput aeque longum ac latum; membrana fusco-nebulosa.*

Spec: 189. *Interstinctum.* Linn. S. N. II. 721. 44.
» » F. S. 927.
» Fabr. E. S. II. 116. 141.
» » S. R. 171. 88.
Betulae. Degeer. III. 261. 8. t. 14. f. 9. (excluso citato Linnei *griseum*).
Agathinum. Fabr. E. S. IV. 114. 133.
» » S. R. 170. 82.
» Wolff. II. 58. 55. t. 6. f. 55.
» Panz. F. G. 114. 10. 11.
» Fall. M. C. S. 45. 5.
» » H. S. 24. 5.
» Zetterst. F. L. I. 464. 4.
» » J. L. 260. 4. 4.
» Curtis. I. pl. 28.
» Steph. Haust. 340. 9472.
» Herrich-Sch. N. E. I. 57 et 94.
» Hope. Cat. of Hem. 7. 43. 7.
Collaris. Fabr. S. R. 170. 83.

Viridi-griseum aut ferrugineum, profunde punctatum, nitidum; *pronoti* angulis nigrescentibus; *scutello* acuminato; *abdominis dorso* nigro, margine maculis latis pallide-rufis; *antennarum* articulis *tribus ultimis* apice fuscis; *pedibus* pallidis; *ventre* pallido, stigmatibus nigris.

Long: 2—3 lin.
Lat: $1^3/_4$ lin.

Habitat in Betulis Caucasi, ad terminum superiorem regionis sylvosae; raro.

** *Pronoti anguli in spinam longam acutissimam producti.*

Spec: 190. *Bispinum.* Panz. F. G. Fasc. 26. n. 23.
» Wolff. I. 8. t. 1. f. 8.
» Fall. M. C. S. 43. 2.
» » H. S. 22. 2.
» Hope. Cat. of Hem. 7. 43. 5.
Ferrugator. Fabr. E. S. IV. 101. 86.
» » S. R. 162. 37.
» Hahn. II. p. 72. t. 52. f. 159.
» Herrich-Sch. N. E. I. 57 et 94.

Ferrugineum, nigro-punctatum, *pronoti* spinis nigrescentibus, *capite scutelloque* medio nigro, scutello acuminato apice testaceo; *antennarum* articulo *basali* et *apicali* fusco; *pedibus* testaceis; *abdominis* margine nigromaculato.

Long: $3^3/_4$ lin.
Lat: thor: $2^1/_2$ lin, abdom: $1^3/_4$ lin.

Habitat in Crataegis Caucasi et Transcaucasiae, raro.

II. *Pedes armati; tibiae spinis densis obsitae.*

RHIZOCORISIAE,

mihi.

(a ῥίζα, ης, radix et κόρις, cimex).

Noctu tantum vagantur, diem transigunt sub lapidibus et ad plantarum radices, his succum evocantes.

Genus: CYDNUS. Fabr.

(a *κυδνὸς, η, ον*, inclyctus, gloriosus). Fall. Wolff. Latr. Curtis. Leach. Samou. Hahn. Herrich-Sch. Hope. Cimex. Linn. Fabr. De geer. Schrank.

Character: Forma ovalis, rotundata, subconvexa; *caput* aeque longum ac latum, antice sinuatum, margine sursum flexo; *oculi* parvi cum *ocellis* minimis concolores; *antennae* longitudine fere pronoti, quarum articulus *primus* vix visibilis, *secundus* longior, *tertius* crassior longiorque secundo, *quartus* crassior tertio et longitudine quinti cylindrici; *rostellum* breve, robustum (ad radiculas vulnerandas), *cujus* articulus *basalis* crassior ast brevior secundo, *tertius* vix brevior secundo, *quartus* brevissimus; *pronotum* transversum, quadratum, rotundatum, convexum; *scutellum* triangulare; *hemielytra* nervo medio disticho; *membrana* nervis pluribus flexis plus minusve parallelis, basi coriacea; *pedes* breves et crassi; *tibiarum* facies externa spinosa, apex (ad fodiendum) latus et spinosus.

a. *Nudi.*

α. Elytrorum et pronoti margine externo albo, abdominis margine aut maculato aut albo.

** Fascia corii basali et apicali alba.*

Spec: 191. *Bicolor.* Linn. S. N. II. 55. 722.
» » » ed. XIII. n. 55. p. 2156.
» » F. S. n. 936.
» Petiver. Gazoph. N. et A. t. 14. f. 7.
» Degeer. 3. 268. 12.
» Geoffr. Ins. T. I. n. 73. p. 470.
» Scopoli. E. C. n. 357. ic. 357.
» Schaeffer. Jc. J. Rat. t. 41. f. 8. 9.

Bicolor. Stoll. Nat. Afb. d. W. t. 32. f. 224.
» Panz. F. G. 32. 11.
» Fabr. S. E. n. 91. p. 715.
» » Sp. J. T. II. n. 125. p. 358.
» » Mant. Ins. T. II. n. 164. p. 296.
» » E. S. T. IV. n. 161. p. 121.
» Donovan. IX. pl. 297.
» Wolff. I. 36. 60. t. 7. f. 60.
» Fall. M. C. S. 53. 2.
» » H. S. 19. 2.
» Zetterst. F. J. L. I. 461. 1.
» Hahn. I. p. 192. t. 31. f. 99.
» Herrich-Sch. N. E. I. 55 et 90.
» Zetterst. J. L. p. 258. 2. 1.
» Hope. Cat. of Hem. 5. 24. 1.

Coeruleo-niger aut subaeneo-niger, subtiliter punctatus, *antennis ventre*que nigris, *pronoti* margine externo late albo, *membrana* fusca, *abdominis* margine albo-maculato, *tibiis* annulo albo, pilis interspinalibus.

Long: 4 lin.
Lat: $2^1/_3$ lin.

Habitat inter Cerealia et Umbelliferas Caucasi et trans illum.

** *Fascia corii nulla; membrana fusca.*

Spec: 192. *Albomarginellus*. Fabr. S. R. 178. 120.
» » E. S. IV. 123. 167.
» Herrich-Sch. N. E. I. 55 et 90.
» Hope. Cat. of Hem. 5. 24. 2.
» Burm. II. p. 374. n. 2.

Albomarginatus. Linn. S. N. II. p. 2159. n. 348.
» Panz. F. G. 33. 22. (excluso citato Fabricii! *)
» Schrank. E. J. A. 531. 275.
» Fall. H. S. 19. 4.
» Rambur. F. E. Andal. livr. 4. p. 111. n. 2.
Marginatus. Steph. 338. 9448?
Dubius. Wolff. II. 64. t. 7. f. 63.
» Scopoli. E. C. 121. 355.
» Curtis. II. pl. 74.
» Hahn. I. p. 191. t. 31. f. 98.

Coeruleus, punctatus, *antennis pedibus*que nigris, *abdominis* margine albo-maculato, margine *pronoti* laterali coriique externo anguste albis, *membrana* fusco-albida.

Long: 3 $^1/_2$ lin.
Lat: 2 lin.

Habitat in pratis herbidis Caucasi et Transcaucasiae.

*** *Macula corii media alba.*

Spec: 193. *Biguttatus.* Linn. S. N. n. 54. p. 722.
» » » ed. XIII. n. 54. p. 2156.
» » F. S. n. 935.
» Fuessly. Helv. 75. 493.
» Scopoli. E. C. ic. 356. n. 356.
» Fabr. S. E. n. 94. p. 716.

---

*) Haec Species enim distinguitur a *C. Albomarginato.* Fabr. et Wolff. quod *aeneo-coerulea* sit, quum Fabricii et Wolfii species ad *nigros* spectat et pronotum habeat concolor.

Biguttatus. Fabr. S. J. T. II. n. 128. p. 359.
» » Mant. Ins. T. II. n. 168. p. 296.
» » S. R. p. 178. n. 116.
» » E. S. T. VI. n. 164. p. 122.
» Panz. F. G. fsc. 32. n. 14.
» Fall. M. C. S. p. 53. n. 3. (excluso citato Panzeri).
» Zetterst. Fn. L. I. 461. 2.
» Hahn. I. p. 169. t. 26. f. 88.
» Herrich-Sch. N. E. I. 54 et 90.
» Zetterst. J. L. p. 258. 2. 2. (adnotatio „Vix Cimex dubius Wolff. etc.“ vera!)
» Hope. Cat. of Hem. 5. 24. 5.

Niger, punctatus, *antennis pedibus*que nigris, *abdominis* margine toto albo, *membrana* fusco-albida.

Long: $2^1/_2$—3 lin.
Lat: $1^1/_2$—$1^3/_4$ lin.

Habitat in Caucasi declivitate septemtrionali et ad Tanain fluviumque Kubanium.

β. Pronoti et abdominis margine cum disco concolori.

+ *Antennarum articulus secundus tertio brevior.*

Spec: 194. *Albomarginatus.* Fabr. E. S. IV. 123. 168.
» » S. R. 179. 121.
» Geoffr. I. 470. 72.
» Wolff. II. 65. 62. t. 7. f. 62.
» Hahn. I. p. 167. t. 26. f. 86. (absque citato Panzeri!)
» Herrich-Sch. N E. I. 54 et

90. (absque citato Fallenii et Hahnii! *)

Albomarginatus. Hope. Cat. of Hem. 5. 24. 4.

Niger, ovatus, convexus, punctatus, *hemielytri* margine externo albido-luteo, *tibiis* fuscis.

Long: $1^1/_2$—2 lin.

Lat: $1^1/_8$—$1^1/_5$ lin.

Habitat ad radices plantarum inprimis sub lapidibus Caucasi et Armeniae alpium.

+ + *Antennarum articulus secundus tertio vix longior.*

* *Membrana vix longior abdomine; forma ovata.*

⊙ *Antennis et tarsis fuscis.*

Spec: 195. *Nanus.* Herrich-Schaeff. N. E. I. p. 54.

Nigrita. Hahn. I. p. 168. (absque citatis).

Morio. Hahn. I. t. 26. f. 87. (absque citatis in diagnosi).

Niger, ovatus, convexus, subopacus, crebre subtiliter punctatus, *pronoto* medio transversim impresso, ante medium toro transverso brevi impunctato, *scutello* apice subbispino, subbifoveolato, *antennis*, *tarsis membrana*que fuscis.

Long: $2^1/_2$ lin.

Lat: $1^1/_2$ lin.

Habitat in Iberia et Somchetia sub lapidibus.

⊙ ⊙ *Antennarum articulo secundo et tarsis ferrugineis.*

Spec: 196. *Morio.* Linn. S. N. II. n. 51. p. 722.

» » ed. XIII. n. 51. p. 2154.

» » F. S. n. 932.

» Sulzer. K d. J. tab. 11. f. 77.

---

*) Fallennii et Hahnii Cydnus *picipes* spectat ad pilosos. Kolenati!

Morio. Schaeffer. Jc. J. R. t. 57. f. 11. et tab. 82. f. 6.
» Fuessly: J. Helv. n. 491. p. 25.
» Stoll. t. 32. f. 223.
» Fabr. S. E. n. 96. p. 716.
» » Sp. Ins. T. II. n. 130. p. 359.
» » Mant. J. T. II. n. 170. p. 296.
» » E. S. IV. 124. 171.
» » S. R. 184. 30. 3.
» Panz. F. G. 32. t. 15.
» Wolff. Jc. p. 67. f. 64. a. b.
» Fallén. M. C. S. 52. 1. (absque varietate β.)
» » H. S. 18. 1.
» Turt. II. 650.
» Hahn. I. p. 163. t. 25. f. 84.
» Herrich-Sch. N. E. I. 54 et 90.
» Hope. Cat. of Hem. 5. 24. 6.
» Rambur. F. E. Andal. livr. 4. p. 112. n. 3.

Nigrita. Hahn. I. t. 25. f. 84.

Subaeneo-niger, nitidus, ovatus, convexus, punctato-rugulosus, *pronoto* ante medium toro transverso impunctato, *antennis* nigris, articulo secundo rufo, *membrana* fusco-albida.

Long: $3^1/_4$ lin.
Lat: 2 lin.

Habitat in radice cerealium et sub lapidibus hortorum, in Caucaso et Transcaucasia.

** *Membrana abdomen valde superans, forma oblongo-ovata.*

⊙ *Corii margine postico fere recto.*

Spec: 197. *Affinis.* Panz. F. G. 114. 8.
» Herrich-Sch. N. E. I. 54 et 90.
» » (Hahn). III. p. 11. t. 77. f. 237.

Subaeneo-niger, valde convexus, nitidus, punctatus, *pronoto* ante medium toro transverso impunctato, in medio obsoletissime impresso, *membrana* alba.

Long: $3^2/_3$ lin, cum membrana 4 lin.
Lat: $2^1/_5$ lin.

Var: 198. *Ibericus.* mihi. *)

Convexior, nitidissimus, *pronoto* minus crebre punctato, antice magis angustato et decussato, *toro* transverso obsoletiori.

Long: $4^1/_2$, cum membrana 5 lin.
Lat: $2^3/_4$ lin.

Habitat cum praecedenti sub lapidibus Iberiae.

⊙ ⊙ *Corii margine postico bisinuato.*

Spec: 199. *Tristis.* Fabr. S. E. n. 97. p. 716.
» » Sp. Ins. T. II. n. 131. p. 360.
» » Mant. Ins. T. II. n. 171. p. 296.
» » Ent. S. T. IV. n. 172. p. 124.
» » S. R. p. 185. n. 7.
» Degeer. 3. 269. 13. (La Punaise noire.)
» Cyrill. Ent. Neap. I. t. 1. f. 14.
» Rossi. F. E. J. II. 237. 1315.
» Geoffr. I. 470. 70.
» Panz. F. G. 32. 16.

---

*) Forsan pluribus repertis individuis novam sub isto nomine constituet speciem.

Tristis. Brullé. Exp. Mor. 71. 14.
» Hahn. I. p. 161. t. 25. f. 83.
» Herrich-Sch. N. E. I. t. 54 et 90.
» Hope. Cat. of Hem. 5. 24. 5.
» Rambur. F. E. Andalus. livr. 4. p. 114. n. 6.
Spinipes. Schrank. E. J. A. n. 527.

Ater, punctatus, *capitis* margine sursum flexo, *pronoto* sub-quadrato, antice excavato, medio transversim impresso, postice recto, *antennis pedibus*que nigris, *membrana* fusco-albida.

Long: $5^1/_2$—$5^3/_4$ lin.
Lat: $2^3/_4$ lin.

Habitat sub lapidibus Caucasi et Armeniae, in regione subalpina.

b. *Pilosi.*

α. *Capitis margine integro, mutico.*

* *Scutelli apice acuminato.*

Spec: 200. *Caucasicus.* mihi.
Vide: Tab. XV. fig. 34.

Ovatus, convexus, nitidissimus, niger, punctulatus, capite bisulcato, *pronoto* subquadrato, transverso, angulis anticis depressis, rotundatis, margine antico sinuato, disco convexo, minus punctato, facettis instar nitidissimo, *scutello* in medio obsolete excavato, *hemielytris* piceis, crebrius punctulatis, *membrana* brevi, albido-fusca, *antennis* fusco-rufis, *pedibus* nigris, *tarsis* rufis.

Long: $1^3/_4$ lin.
Lat: 1 lin.

Var: 201. *Rufulus.* mihi.
Pronoto rufo-piceo, hemielytris rufis.

Long: $1^1/_2$ lin.
Lat: $^4/_5$ lin.

Habitant sub lapidibus montis Kasbek, Caucasi centralis, ad pagum Osseticum Görgeti.

** *Scutelli apice subacuminato, bituberculato.*

Spec: 202. *Nigrita.* Panz. F. G. 126. 23.
» Fabr. E. S. IV. p. 123. n. 169.
» » S. R. p. 184. n. 1.
» Hahn. I. p. 168. t. 26. f. 87.
» Brullé. Exp. Mor. 71. 15.
» Herrich-Sch. N. E. I. 54 et 90.

Obovatus, convexus, niger, nitidus, punctatus, *capite* bisulcato, toro medio longitudinali elevato, *pronoto* antice attenuato, rotundato, ante medium disco impunctato, nitidissimo, *scutello* grosse et profunde punctato, *membrana* prominula, albido-fusca; *antennis pedibus*que nigro-piceis.

Long: $2^1/_2$ lin.
Lat: $1^1/_2$ lin.

Habitat in Caucasi occidentalis declivitate septentrionali.

β. Capitis margine spinoso.


Spec: 203. *Flavicornis.* Fabr. E. S. IV. n. 170. p. 124.
» » S. R. 184. 30. 2.
» Wolff. 2. 66. 63. t. 7. f. 63.
» Panz. F. G. 33. t. 23.
» Hahn. I. p. 170. t. 26. f. 89.
» Herrich-Sch. N. E. I. 54 et 90.
» Hope. Cat. of Hem. 5. 24. 13.
» Rambur. F. E. Andalus. livr. 4. p. 116. n. 8.

Brevis, ovalis, subconvexus, nitidus, nigro-piceus, punctatus, *capite* trisulcato, margine rufo, *pronoto* antico minus elevato, vix punctato, marginibus externis rufescentibus, *scutelli* disco grosse-punctato, apice subacuminato, *hemielytris* pone nervos punctatis, ad latera rufo-piceis, *membrana* prominula albida, *antennis tibiis*que rufis.

Long: $2^1/_5$ lin.


Lat: $1^1/_5$ lin.

Habitat in monte Ssarijal provinciae Elisabethopol, Transcaucasiae.



30. Eurydema Gebleri. Klti.
31. " Lhesgicum. Klti.
32. Eurydema Armeniacum. Klti.
33. Ialla Herrichii. Klti.
34. Cydnus Caucasicus. Klti.

W. Pape et Birkhahn del.



Carpocoris bilunulata. Klti. 57. Carpocoris bilunulata var. Nubica. Klti.
" " var. Persica. Klti. 58. Raphigaster Germarii. Klti.
59. Carpocoris Pusio Klti.

H. Pape et Birzhahn del.

MELETEMATA ENTOMOLOGICA

auctore

Friderico A. Kolenati

Medicinae Doctore

Botanices in Alma ac Antiquissima Caesareo-Regia Universitate Carolo-Ferdinandea Professori Assistente emerito, Facultatis medicae Pragenae membro, Academiae sub auspiciis Celsissimae Archiducis Sophiae membro honorario ac fundativo, Korodochii ad Sanctam Mariam de Victoria conpraesidi, Societatum Imperialis Naturae scrutatorum Mosquensis et Regii Musei Nationalis Czechici membro ordinario, Condecorato numis merito civili dicatis Regio Würt-tembergico ac Magni-ducali Weimarano.

FASC. V.

PETROPOLI.

1846.

Jussu et impensis Academiae.

Fuss.

INSECTA CAUCASI.

COLEOPTERA, DERMAPTERA, LEPIDOPTERA, NEUROPTERA, MUTILLIDAE, APHANIPTERA, ANOPLURA.

AUCTORE

F. A. Kolenati.

Accedit Tabula: XVII. XVIII. XIX.

PETROPOLI. 1846.

TYPIS IMPERIALIS ACADEMIAE SCIENTIARUM.

EXCELLENTISSIMO

MILITIAE MAGISTRO

DOMINO

WOLODIMIRO GURKO II.

ORDINUM IMPERIALIUM: S-ti ALEXANDRI NEVSKI ADAMANTINI, AQUILAE ALBAE, S-tae ANNAE CUM CORONA IMPERIALI I-mae CLASSIS ET S-ti GEORGII II-dae CLASSIS ALIORUMQUE EQUITI

ETC. ETC. ETC.

EXCELLENTISSIME, VIRTUTE ET IN CAUCASO EMERITE MILES!

FAUNA HAECCE CAUCASI ENTOMOLOGICA MAJORI EX PARTE TUAE HUMANITATI ORIGINEM DEBET; EXPEDITIONIBUS ENIM MILITARIBUS INPRIMIS IN CIRCASSIA ME NON SOLUM ADJUNXISTI SED ETIAM IN PROELIO A PERICULO ABSENTEM CURASTI ATQUE NATURAE SCRUTATOREM UTI MILITEM VAGUM NECESSARIIS ADJUVASTI.

ACCIPIAS, HISCE PAGELLIS TIBI CONSECRATIS, GRATITUDINIS MONUMENTUM, PETIT

DEVINCTISSIMUS

Auctor.

ἐ πειδάν ὁ ἄρσην βούλεται παιδοποιήσασθ', βοὸς ἀφόδελμα λαβὼν, πλάσθει σφαιροειδὲς παραπλήσιον τῷ κόσμῳ σχῆμα κ. τ. λ.

Horus Apollo. lib. I. Hierogl. 10.

„Propter Scarabaeum, qui pilas volvit, Aegypti magna pars scarabaeos inter numina colit, curiosa Apionis interpretatione, qua colligat Solis operum similitudinem huic animali esse, ad excusandos gentis suae ritus. Sed et alium Lucanum adalligant Magi, cui sunt cornicula reflexa, sinistra manu collectum. Tertium, qui vocatur Fullo, albis guttis, dissectum utrique lacerto adalligant: cetera sinistro.“ Plinius. Lib. XXX.

LAMELLICORNIA.

Lamellicornium in Cis- et Trans-Caucasia non exiguus est numerus, inprimis Coprobiis abundant provinciae, quas inhabitant aut pervagantur Nomades. Exeunte mense Martio et ineunte Aprili in regione demissa, arvali et deserta (arida) Onthophagi et Aphodii tanta jam prodeunt copia, ut unico die millenos colligere possis. Mense Majo Nomades cum gregibus ab hibernaculis abeunt pascuaque opima in montibus petunt vicinis. Semper sequuntur Coprobia, ast, quo altiora Nomades petunt eo magis decrescit specierum numerus, ita, ut in regione alpina (mense Julio) mihi tantum *Onthophagus alpinus* (nov. sp.) et *Aphodius conjugatus* (Panz.), *fimetarius* (Linné), *obscurus* (Fabr.), *depressus* (Fabr.), *subterraneus* (Fabr.), *terrestris* (Fabr.), et *Nomas* (nov. sp.) apparuerint. Collectio mea Lamellicornium Caucasi 118 continet species, quarum 10 novae ac describendae.

Caucasus et Transcaucasia Lucanis mihi inops, eo ditior autem Melolonthis et Cetoniis esse videtur. Solum *Lucanum Tetraodon* (Thunberg) et *parallelepipedum* (Linn.) in sylvis Somchetiae attamen perrare vidi, Melolonthas econtra magna collegi copia. *Melolontha prae-*

ambula, peculiaris species inter M. hypocastani et vulgarem, mense jam volitat Februario et Martio; Majo ac Junio ad vesperas *M. fullo* tanta prodit copia, ut una vice centum a me et consocio J. G. Fricke captae sint. Notatu dignum, quod omnia hujus Melolonthae exemplaria magnitudine et maculis densissimis albidis quam maxime excellant angulisque capitis acutis et rotundatis varient. Insidiantur Melolonthae Fulloni Caprimulgi, neque canis meus illam sprevit. A Persis saccharo Masanderanico nigro conditae in deliciis quam Aphrodisiacum habentur. *Melolontha vulgaris* et *hypocastani* rarius mihi obviam venit. — In regione segetali Anisopliae frequentes sunt, quarum *A. Leucaspis* (Stèven) eminentissima. In regione deserta ad vesperas *Tanyproctus persicus* et *carbonarius* (Falderm.) Stipae et Schismo insidentes quaerendi; diem enim sub terra transigunt. Amphicomae mense Majo florentibus Papaveraceis magna acquirendae copia pedetentim vegetatione progrediente altiora petentes. *Lethrum Cephalotem* (Fabr.) in itinere ad Caucasum prima vice prope Kamenskaia Staunitza ad fluvium Donez monoganum conspexi.

Mense Majo in Transcaucasia ingrediente solis ardore *Ateuchus sacer* Linn., *Gymnopleurus pillularius* (Linn.) et *flagellatus* (Fabr.) in devectis ac desertis menseque Junio in collibus apricis degunt. Stercori vix delapso gregatim undelibet tanta copia advolant, ut stercus totum obtegant. Mox masculus feminam amplectitur, societatem ardore coëundi coacti jungunt globulumque furtim e stercore formare incipiunt. Globulum confectum summa atque jocosa rapiditate, ne solis ardore exsiccetur, volvunt ita, ut unus globulum antecedat atque retrogrediens attrahat, alter pilulam sequatur atque pro-

grediens provolvat. Loco apto, ubi terra ad fundum facilior adeunda, pilulam infodiendam curant cui femina ovulum immittit. Pilulae a Gymnopleuris constructae in provincia Elisabethopol a me investigatae transformarunt se in miracula rerum, nam in quolibet fere globulo Onthophagum minimum, nonnumquam masculum cum femina, inclusum inveni, Onthophagum novum, cui nomen *O. Trochiscobii* tribui. Hic Onthophagus ob debilitatem suam in pilulis a Gymnopleuro volutis sese abscondit et terrae infodiendum talique modo generationem suam promovendam curat.

Frequentissimus omnium Onthophagorum in Ciscaucasia est *medius* (Fabr.), in Transcaucasia *Hybneri* (Fabr.) et *Truchmenus* (nov. sp.). — *Ateuchus puncticollis* (Dej.) obviam mihi venit mense Junio et Julio in promontoriis Armeniae, numquam autem in regione deserta.

Notatu dignissimum, quod Coprobiorum millena collegi exemplaria et comparatis ac investigatis ad conclusionem cogar: Formas minores, copiosiores, inter masculum et feminam haesitantes, esse neutras, a natura vix speciei propagandae sed potius stercori per- et infodiendo destinatas. In stercore bubalino nec ullum inveni Coprobium, quod odori moschato verosimiliter adscribendum.

Dabam Petropoli mense Majo 1846.

D^r^. Kolenati.

COPROPHAGA. Latr.

(Saprophaga. Mac Leay.)

Genus: ATEUCHUS. Fabr.

Spec: 1. *Sacer*. Linn. S. N. II. 545. 18. — Fabr. S. Eleuth. I. p. 54. n. 1.

In Ciscaucasia ad Tanain et fluvium Terek, Transcaucasiae in planitie provinciae Elisabethopol et Karabagh.

Spec: 2. *Puncticollis*. Dej. in Falderm. E. T. I. pl. 236. n. 219.

Armeniacus. Mannerh. in Ménétr. C. R. p. 173. n. 727.

In pratis promontorii Armeniae Rossicae, prope pagum Tschaikaent in provincia Elisabethopol.

Genus: GYMNOPLEURUS. Illig.

Spec: 3. *Pillularius*. Linn. S. N. II. 550. 40. — Fabr. S. El. I. p. 60. n. 27.

Ad Tanain, in Caucaso et Iberia.

Spec: 4. *Flagellatus*. Fabr. E. S. I. 66. n. 219. — S. El. I. p. 59. n. 22.

In Iberia, Armenia et Persia septentrionali.

Genus: SISYPHUS. Latr.

Spec: 5. *Schaefferi*. Linn. S. N. II. 550. 41. — Fabr. S. El. I. p. 59. n. 24.

In Cis- et Trans-Caucasia. Exemplaria Transcaucasica lateribus magis albis.

Genus: COPRIS. Fabr.

Spec: 6. *Paniscus.* Linn. S. N. II. 546. 20. — Fabr. S. El. I. p. 43. n. 59.

In Iberia, Armenia et Persia septentrionali.

Spec: 7. *Lunaris.* Linn. S. N. II. 543. 10. — Fabr. S. El. I. p. 36. n. 29.

Ad Tanain et in Caucaso, rarior Transcaucasiae.

Genus: ONTHOPHAGUS. Latr.

MARE UNICORNI.

Spec: 8. *Lucidus.* Fabr. S. El. I. p. 39. n. 41.

In stercore bovino provinciae Elisabethopol et Karabagh.

Spec: 9. *Medius.* Fabr. S. El. I. p. 46. n. 71.

Frequens cis Caucasum, rarior Transcaucasiae.

Spec: 10. *Affinis.* ♂ Strm. Handb. 102. 87. t. 4. f. W. X. Y.
♀ » » tab. 4. fig. Z.

In Iberia rarus.

Spec: 11. *Coenobita.* Fabr. S. El. I. p. 49. n. 89.

In stercore humano cis et trans Caucasum, rarus.

Spec: 12. *Fracticornis.* Fabr. S. El. I. p. 50. n. 91.

Cis et trans Caucasum non frequens.

Spec: 13. *Alpinus.* Kolenati.

Glaber, subnitidus, vertice lamina transversa, medio in mare cornuto, thorace obscure cupreo, punctato, coleopteris luteis, nigro-maculatis, subtiliter striatis, interstitiis granulatis.

Long: 0,009; lat: 0,0051.

Habitat in stercore vaccino aut equino in regione so-

lum alpina montium Armeniae, in montibus Paent, Ssarijal, Gaendscha-Dagh, mense Majo, Junio et Julio.

(Mus Acad. Sc. Petropol; Dris. Kolenati et Comitis ab Mannerheim).

Capitis clypeus in *mare* antice subrotundatus, in *femina* rotundatus, obscure cupreus, emarginatus, in *mare* antice reflexus, sparsim, in *femina* crebrius ruguloso-punctatus, *lamina verticis* assurgente, in *mare*: quadrangulari, antice cum clypeo coalescente, postice sursum lateribusque antrorsum flexis, medio cornuto, cornu simplici, antrorsum apiceque paululum retrorsum flexo, in *femina*: lamina transverse ovali, antice et postice elevata; *thorax* obscure cupreus, marginatus, transversim rotundatus, glaber, subnitidus, subtiliter punctatus, angulis anticis modice productis, subacutis, posticis nullis, disco in *mare* antice modice rotundato excavato, in medio rotundato-gibbo, in *femina* transversim rotundato; lateribus grano modice elevato-gibboso, impunctato; *coleoptera* subnitida, lutea, nigro-marmorata, sutura viridescenti, subtiliter striata, stria externa flexa, interstitiis planis, subtilissime granulato-punctatis; *abdomen* cum *pedibus* sparsim albido-villosum, nigrum; *antennae* nigro-piceae.

Spec: 14. *Circumscriptus.* Dej. Fald. F. E. T. I. p. 241. n. 224. t. VII. f. 8.

Habitat in provincia Elisabethopol et Karabagh minus frequens.

Spec: 15. *Fissicornis.* Stéven in litt. Dej. Cat. ed. II. p. 156.
Quadridentatus. *) Ménétr. ♀. C. R. p. 176. n. 745.

---

*) Non commutandus cum O. quadridentato. Fabr. Ent. Suppl. 34. 203. — S. El. I. pag. 54. n. 109.

Quadridentatus. Fald. F. E. T. I. p. 242. n. 226.

Habitat frequens mense Aprili in provincia Elisabethopol.

Spec: 16. *Viridis.* Ménetr. C. R. p. 177. n. 749.
» Fald. F. E. T. I. p. 244. n. 228.

Habitat in provincia Karabagh et Talysch, in confinio Persiae.

Spec: 17. *Nutans.* Fabr. E. S. I. 59. 194. — S. El. I. 50. 93.

In Cis- et Transcaucasia rarus.

Spec: 18. *Trochiscobius.* Kolenati.

Minutus, ovalis, pubescens, unicornis; thorace nigro-aeneo; coleopteris lividis, sutura nigra aut dense nigro-maculata, lateribus nigro-maculatis; abdomine nigro.

Long: 0,005 vel 0,0075.
Lat: 0,003 vel 0,0045.

Habitat in trochiscis a Gymnopleuris e stercore bovino constructis, mense Aprili, Majo et Junio, in provincia Elisabethopol prope coloniam Helenendorf.

(Mus. Acad. Sc. Petrop., Comitis ab Mannerheim et Auctoris).

Innumeras pillulas à Gymnopleuris constructas investigavi et in multis masculum cum femina, in nonnullis solam feminam hujus speciei inveni. Gymnopleuri trochiscos summa rapiditate ob calorem exaestuantem sub terra abscondentes a me observabantur. Infossa pilula Gymnopleuri iterum avolabant novas formaturi. Effodiebam pillulas et frequentius feminas hujusce Onthophagi in centro trochiscorum inveni. Patet exinde, Onthophagum huncce ob debilitatem sese a Gymnopleuris cum trochisco terrae infodiendum curare, ut ovula in loco tuto, umbroso deponat larvulisque pabulum non deficiat. Quare speciem illam Onthophagum trochiscobium appellavi.

Capitis clypeus rotundato-hexangularis, nigro-aeneus, subnitidus, ruguloso-punctatus, margine elevato, apice

sinuato, lateribus ciliatis, *lamina in mare:* antice vix, postice paulo elevata, cornu in exemplaribus majoribus crasso, conico, lato, recto, a posteriori sub-bifido; *lamina in femina:* antice et postice modice elevata; *thorax* nigro-aeneus, subpubescens, muticus, valde convexus, crassus, impresso-punctatus, ubique subtiliter marginatus, basi et lateribus rotundatus, angulis anticis subacutis, lateribus ciliatis, disco antico in mare convexiori; *coleoptera* thorace paululum latiora, livida, nitida, sparsim luteo-pilosa crenato-striata, interstitiis subplanis, punctatis, sutura vel tota nigra vel (quod frequentius) dense maculis nigris obsita, apice autem livida, disco et lateribus maculis sparsis quadratis nigris ornatis; *antennae pedesque* picei.

Ab *O. Capreolo.* Dej., cui quoad colorem et magnitudinem similis, *differt noster* absentia tuberculorum in thorace et elytris maculis quadratis conspersis, quum in *O. Capreolo* elytra sint punctato-striata et maculis oblongis nigris ornata.

Differt praeterea *O. Dicyrtodes.* Dalm. a nostro lamina clypei capitis postice trituberculata et thorace luteo-variegato.

Ab *O Nemaeo.* Oliv. differt noster thorace mutico.

Majorem similitudinem habet cum *O. Nitidulo.* Klug (*Sexstriato.* Waltl. *Nilotico.* Reiche). *O. Nitidulus* autem longior ac latus elytrorum sutura gaudet integra nigro-aenea et maculis sex oblongis nigris in fasciae formam dispositis.

O. Leucostigma. Bieberst. *differt a nostro* cornu basi non conico in lamina erecta transversa insidente et non cum lamina ad latera coalescente, elytris ad latera et suturam fasciaque anteapicali transversa nigris, interstitiis subtilissime granulatis.

O. Cruciatus. Ménetr. (cui noster simillimus) valde minor, minus pubescens, clypeo capitis antice non sinuato, elytris totis lividis, margine antico, sutura integra et cruce anteapicali nigris.

Mare bicorni.

Spec: 19. *Truchmenus.* Kolenati.

Oblongo-ovalis, niger, subnitidus, thorace tuberculis

quatuor, elytris luteis, obsolete striatis, interstitiis crebre impresso-punctatis, sutura humeris maculisque nigris.

Long: 0,007 vel 0,0105.
Lat: 0,005 vel 0,0065.

Habitat valde frequens mense Aprili in stercore bovino ac equino prope Elisabethopolin et coloniam Helenendorf. Plus quam millia exemplaria adtuli.

(Mus. Acad. Sc. Petrop., Com. ab Mannerheim et Dris. Kolenati).

Clypeus capitis rotundatus, nigro-ciliatus, niger, crebre ruguloso-punctatus, margine antico magis quam laterali elevato, apice vix sinuatus, *lamina* antice paulo, postice magis elevata, in *mare* laminae angulis posticis in cornua acuta erecta paulo divergentia productis, in *femina* lamina postice transversa erecta; *thorax* niger, subaeneus, convexus, subnitidus, crebre impresso-punctatus, undique marginatus, sub margine nigro-ciliatus, angulis anticis subacutis, convergentibus, disco antice in medio tuberculis duobus elevatis torulo concavo junctis, ad latera tuberculo obsolete armato; *elytra* lutea, subnitida, marginibus subtilissime nigris, sutura viridi-nigra, maculis crebris nigris dispersis vel nigro-marmorata, obsolete striata, interstitiis planis, crebre impresso-punctatis; *antennae pedes*que nigri, nigro pilosi.

Var: Maculis elytrorum adeo accumulatis, ut elytra postice tota nigra appareant, ceterum minor.

Immensi transgressus quoad colorem et laminae capitis evolutionem ita, ut in exemplaribus minus evolutis femina a mare difficilis sit distinctu.

Similis *O. Mauro.* Lucas, praesertim femina nostrae speciei cum mauro confundenda. Differt noster thorace crebre impresso-punctato, quum in *O. mauro* thorax sit subtilissime granulatus.

Alteram speciem, cui noster similis est, in collectione Comitis ab

Mannerheim indenominatam vidi, quae in insula Rhodus habitare dicitur. Differt autem haecce indenominata species a nostra nitore metallico, thorace granulato, elytris basi luteis et lamina capitis transversa antice elevata.

Spec: 20. *Camelus*. Fabr. E. S. I. 49. 159. — S. El. I. p. 39. n. 43.

Habitat ad Tanain et in Ciscaucasia.

Spec: 21. *Hybneri*. Fabr. E. S. I. 61. n. 203. — S. El. I. p. 53. n. 107. ♂ et ♀.

♂ *) *Alces*. Fabr. E. S. I. 56. 182. — S. El. I. p. 46. n. 75.

♂ *Amyntas*. Oliv. Ins. I. p. 127. n. 150. pl. 9. fig. 81. (vertice linea transversali elevata, thorace antice retuso bidentato).

♂. *Subviolaceus*. Ménetr. C. R. p. 177. n. 750.

♀. *Tages*. Oliv. Ins. I. 3. p. 143. n. 173. tab. 9. f. 76.

(vertice tuberculis tribus, intermedio majori).

♀. *Scrobiculus*. Stéven in litt. Dej. Cat. p. 157.

♂ et ♀. Var: *Atramentarius*. Ménetr. C. R. p. 179. n. 760. — Fald. F. E. T. I. p. 246. n. 230.

(minor, elytris striatis, interstitiis obsolete punctatis, laevioribus).

Comparatio accurata plus quam mille exemplarium identitatem non solum constituit sed sequentia certiora reddit:

---

*) In Faldermanni Faun. E. T. III. pag. 109. genera sunt commutata.

Mas: *thorace oblongiori, trituberculato, lamina in clypeo capitis antice elevata, nonnumquam ad latera bispina* dignoscitur.

Femina: *thorace latiori, mutico (exinde forma magis ovata), lamina in clypeo capitis postice elevata trituberculata aut unituberculata (si tuberculi laterales obsoleti)* eminet.

Transgressus quoad magnitudinem, laminam in clypeo capitis, cornua et tubercula, sculpturamque elytrorum adeo multi, ut in medio seriei magnae vix feminam a mare dignoscas, nisi in characterem constantem laminae clypei capitis attendas. Haecce observationes deductae e viginti exemplaribus in copula junctis et centum quoad genitalia examinatis.

Mensura variat:

Long: 0,0055 vel 0,012.
Lat: 0,003 vel 0,0075.

Habitat valde frequens in stercore bovino et equino mense Aprili et Majo in tota Transcaucasia.

Spec: 22. *Taurus*. Linn. S. N. II. 547. 26. — Fabr. S. El. I. p. 45. n. 69.

Habitat ad Tanain frequens, in Caucaso et Transcaucasia rarior.

Spec: 23. *Furcatus*. Fabr. E. S. I. p. 60. 198. — S. El. I. p. 52. n. 102.
Apicalis. ♀. Fald. F. E. T. I. p. 249. n. 233.

Frequens in stercore ovino, in Iberia et Armenia.

Mare ecorni.

Spec: 24. *Semicornis*. Panz. F. G. 58. n. 10.

In Caucaso et Iberia.

Spec: 25. *Ovatus.* Linn. S. N. II. 551. n. 46. — Fabr. S. El. I. p. 65. n. 52.

Subaeneus. Ménetr. C. R. p. 179. n. 757.

In Cis- et Transcaucasia.

Spec: 26. *Schreberi.* Linn. S. N. II. 551. n. 45. — Fabr. S. El. I. p. 61. n. 32.

Cis et trans Caucasum.

Spec: 27. *Nigellus.* Stéven. in litt. Dej. Cat. p. 158.

Histeroidès. Ménétr. C. R. p. 180. n. 761. — Fald. F. E. T. II. Suppl. et III. p. 111.

Mundus. Helfer. in litt.

Anthracinus. Dej. C. p. 158. — Fald. F. E. T. I. p. 247. n. 231.

Habitat non infrequens in fimo bovino provinciae Elisabethopol, mense Majo.

Genus: ONITIS. Fabr.

Spec: 28. *Menalcas.* Pallas Icon. Ins. I. p. 4. tab. A. f. 4. a. b. in Mém. Soc. Mosq. II. p. 32. — Oliv. Ent. I. 3. p. 157. n. 191. Tab. II. fig. 11. a. b. — Fabr. S. El. I. p. 30. n. 13.

Humerosus. Pallas. Iter. I. App. p. 462. n. 25.

Variat coleopteris striis coeruleis.

Habitat frequens mense Aprili et Majo trans Caucasum.

Spec: 29. *Damäetas.* Stéven. Mém. Soc. Mosq. I. p. 163. t. X. f. 5. — Fald. F. E. T. III. p. 111.

Mas: Longior, thorace latiori, tibiis anticis incurvatis, tuberculo in medio carinae transversae laminae capitis.

Femina: Brevior, thorace aeque lato, tibiis anticis

non flexis, tuberculo in medio disci postici (retro carinam transversam) laminae capitis. *)

Habitat frequentissimus in stercore bovino Transcaucaucasiae mense jam Martio.

Genus: ONITICELLUS. Ziegler.

Spec: 30. *Festivus.* Steven. Mem. Soc. Mosq. II. p. 31.
» Fald. F. E. T. III. p. 112.

Mas: Thorace latiori, in disco carina utrinque longitudinali subparallela, postice magis elevata bituberculata, tuberculo antico obscuriori, disco inter carinas excavato, lamina capitis obsoleta medio tuberculo uno.

Femina: Thorace angustiori, in disco carinula utrinque longitudinali antice et postice convergenti, sine tuberculis, interstitio subconvexo, lamina capitis clypei in medio elevata in tuberculum transversum **).

Variat magnitudine et colore, nonnumquam thorax totus viridis, tantum angulo antico luteo, nonnumquam lateribus late luteis, coleoptera rarius tota viridia.

Long: 0,012 vel 0,019.
Lat: 0,006 vel 0,0102.

Habitat frequens in stercore bovino et equino trans Caucasum.

Spec: 31. *Flavipes.* Fabr. E. S. I. p. 70. n. 233. — S. El. I. p. 63. n. 39.

In Cis- et Transcaucasia.

Spec: 32. *Pallipes.* Fabr. E. S. I. p. 68. n. 238. — S. El. I. p. 63. n. 38.

In Transcaucasia et Persia septemtrionali.

---

*) Sic etiam in specie praecedenti!

**) Haecce ex observatione plurium exemplarium in copula et investigatione genitalium exemplarium siccorum deducta! Kolenati.

Genus: APHODIUS. Fabr.

Plani.

Spec: 33. *Scrutator*. Fabr. E. S. I. p. 24. n, 73. — S. El. I. p. 69. n. 5.

In Caucaso occidentali.

Spec. 34. *Subterraneus*. Fabr. E. S. I. p. 23. n. 70. — S. El. I. p. 72. n. 18.

Cis- et trans Caucasum, etiam in regione alpina.

Spec: 35. *Erraticus*. Linn. S. N. II. p. 548. n. 29. — Fabr. S. El. I. p. 72. n. 21.

Cis et trans Caucasum.

Genuini.

Spec: 36. *Fossor*. Linn. S. N. II. 548. 31. — Fabr. S. El. I. p. 61. n. 32.

Cis et trans Caucasum.

Spec: 37. *Conjugatus*. Panz. F. G. 28. 6.
Fasciatus. Fabr. S. El. I. p. 68. n. 4.

In provincia Elisabethopol et Karabagh, regione etiam alpina.

Spec: 38. *Terrestris*. Fabr. E. S. I. p. 25. n. 78. — S. El. I. p. 71. n. 13.

Transcaucasiae, etiam in Alpibus.

Spec: 39. *Nomas*. Kolenati.

Nigro-piceus, nitidus, capitis clypeo trituberculato, thorace punctato, elytris punctato-striatis, interstitiis glabris. Long: 0,0054; lat: 0,0028.

Habitat in stercore ovino etiam alpium Armeniae Rossicae.

Forma *A. picei* Fabr. — *Capitis* clypeus latus, transversus, hexagonus, marginatus, angulis rotundatis, mar-

gine antico aequaliter reflexo, vix sinuato, disco punctato-ruguloso, in *mare* trituberculato, in *femina* unituberculato, ad latera foveolato; *thorax* aeque longus ac latus, modice convexus, antice angustior, angulis obtusis, subtilissime marginatus, punctatus, margine antico tenuissime rufo-piceo; *elytra* rufo-picea, nitida, thorace paulo latiora, convexa, punctato-striata, punctis (in striis) transversis, striis utrinque decem, interstitiis convexis, glabris, tantum pone strias disperse subtilissime punctulatis; *antennae pedesque* nigro-picei.

Differt noster ab *A. piceo.* Fabr. capitis angulis magis rotundatis, thorace concolori, nigro, interstitiis striarum in elytris glabris (quum in *A. piceo* seriatim punctulata sint interstitia).

Spec: 40. *Asphaltinus.* Kolenati.

Ater, nitidus, punctatus, elytris subtiliter punctato-striatis, interstitiis punctulatis, sparse villosis.

Long: 0,0055; lat: 0,003.

Habitat in stercore bovino in monte Beschtau prope Pjatjgorsk, Ciscaucasiae.

Forma praecedentis. *Capitis* clypeus fere aeque longus ac latus, distincte hexagonus, angulis obtusiusculis, emarginatus, margine antico paulo flexo, vix sinuato, disco punctato, obsoleto trituberculato, ante tuberculum medium torulo arcuato; *thorax* paulo latior ac longus, antice vix angustior, convexus, crebre punctatus, marginatus, angulis subrectis; *elytra* thorace paulo latiora, axillis prominentibus, atra, nitida, subpubescentia, subtiliter punctato-striata, punctis in striis minimis a se remotis, interstitiis planis, punctulatis; *antennae pedesque* nigro-picei, tarsis rufo-piceis.

Differt ab *A. terrestri.* Fabricii colore atro, thorace minus convexo, elytrorum striis subtilioribus punctisque in illis rarioribus, in-

terstitiis planis ac punctulatis. Differt ab *A. carbonario.* Fabricii striis a se invicem remotis, interstitiis planis ac thorace magis quadrato.

Spec: 41. *Fimetarius.* Linn. S. N. II. 548. n. 32. — Fabr. S. El. I. p. 72. n. 19.

Cis et trans Caucasum, etiam in regione alpina.

Spec: 42. *Quadrimaculatus.* Linn. S. N. II. p. 558. n. 84. — Illig. Col. Bor. I. 35. 33. — Panz. F. G. 43. 5.
Quadripustulatus. Fabr. E. S. I. p. 36. n. 116. — S. El. I. p. 78. n. 43.

Frequens cis Caucasum, rarior trans Caucasum.

Spec: 43. *Arenarius.* Fabr. E. S. I. p. 39. n. 130. — S. El. I. p. 82. n. 63.

In Transcaucasia.

Spec: 44. *Granarius.* Linn. S. N. II. p. 547. n. 23.

Cis et trans Caucasum.

Spec: 45. *Obscurus.* Fabr. E. S. I. p. 25. n. 79. — S. El. I. p. 71. n. 14.

In provincia Elisabethopol frequens, etiam in Alpibus.

Spec: 46. *Umbrosus.* Motschoulsky. Mus. Acad. Sc. Petrop. In provincia Scheki et Caucaso Lhesgico.

Spec: 47. *Scrofa.* Fabr. E. S. I. p. 38. n. 123. — S. El. I. p. 80. n. 51.

In Iberia et Armenia.

Spec: 48. *Quadriguttatus.* Illig. Col. Bor. 35. n. 32. — Panz. F. G. 28. t. 10.
Quadrimaculatus. Fabr. E. S. I. p. 36. n. 115. — S. El. I. p. 78. n. 42.

Frequens in Transcaucasia, rarior cis Caucasum.

Spec: 49. *Elongatus*. Ménetr. C. R. p. 182. n. 784. —
» Fald. F. E. T. I. p. 260. n. 244.
Transcaucasiae.

Spec: 50. *Suturalis*. Fald. F. E. T. I. p. 259. n. 243.
In provincia Elisabethopol et Karabagh.

Spec: 51. *Sordidus*. Fabr. E. S. I. p. 29. n. 90. – S. El. I. p. 74. n. 26.
Transcaucasiae frequentior et omnium primus.

Spec: 52. *Immundus*. Creutz. Strm. F. I. 142. 41.
In Iberia et Armenia.

Spec: 53. *Merdarius*. Linn. S. N. II. 588. 84. — Fabr. S. El. I. p. 80. n. 52.
Cis et trans Caucasum.

Spec: 54. *Anachoreta*. Fabr. S. El. I. p. 74. n. 28.
In Iberia et Armenia.

Spec: 55. *Pallidus*. Dej. Cat. ed. 2. p. 161.
In provincia Karabagh.

Spec: 56. *Consputus*. Creutz. Ent. Vers. 41. 11. tab. 1. f. 6. — Fabr. S. El. I. p. 77. n. 70.
In Cis- et Transcaucasia.

Spec: 57. *Prodromus*. Illig. Col. Bor. I. 26. 16. γ. δ. — Fabr. S. El. I. p. 70. n. 11.
Cis et trans Caucasum.

Spec: 58. *Melanostictus*. Schüppl. Schaum in Gmr. Zeitschr. II. p. 153. 62.
Conspurcatus. Fabr. S. El. I. p. 73. n. 22.
Transcaucasiae.

Spec: 59. *Inquinatus*. Fabr. E. S. I. p. 28. n. 88. — S. El. I. p. 73. n. 23.
Cis et trans Caucasum.

Spec: 60. *Sticticus*. Panz. F. G. 58. 4. — Dft. F. A. I. p. 113. n. 29.

Cis et trans Caucasum.

Spec: 61. *Graphicus.* Kolenati.

Niger, oblongus, convexus, nitidus, capite et thorace punctato, thoracis lateribus antice rufis, elytris luteis, punctato-striatis, interstitiis fasciis duabus longitudinalibus et transversa anteapicali nigris, antennis pedibusque luteis.

Long: 0,007; lat: 0,0035.

Habitat in stercore bovino et equino mense Aprili ad Tanain, prope urbes Rostow et Tagganrog.

Forma *A. melanosticti*, ast multo major ac convexior. *Capitis* clypeus latus, transversus, vix hexagonus, fere quadrangularis, angulis anticis rotundatis, punctatus, trituberculatus, subtiliter marginatus; *thorax* vix latior ac longus, convexus, punctatus, marginatus, margine laterali reflexo, antice vix angustior, angulis paululum deflexis, margine antico distincte luteo, laterali rufo, in medio disci lineola elevata seu torulo inpunctato brevi; *scutellum* nigro-piceum, punctatum; *elytra* thorace paulo latiora, convexa, lutea, punctato-striata, striis utrinque decem, interstitio (a sutura) primo toto luteo, secundo, tertio, quarto et quinto fasciis duabus anteapicalibus transversis nigris, interstitio praeterea secundo et tertio in medio etiam nigro, quarto basi adhuc nigro, quinto basi et in medio luteo, interstitio sexto, septimo et octavo medio nigro, reliquis luteis, regione circa scutellum nigro-picea; abdomen nigrum, antennae rufo-piceae aut luteae, pedes lutei.

Spec: 62. *Sus.* Fabr. E. S. I. p. 36. n. 117. — S. El. I. p. 78. n. 44.

In Transcaucasia.

Depressi.

Spec: 63. *Gagatinus.* Mannerh. Ménetr. C. R. p. 182. n. 778.
» Falderm. F. E. T. I. p. 250. n. 234.
» » F. E. T. III. p. 115. (ubi Synonymon Aph. *Ménetriesii?* delendum).

Habitat rarus in provincia Elisabethopol.

Spec: 64. *Luridus.* Fabr. E. S. I. 29. 81. — S. El. I. p. 76. n. 37.

In Cis- et Transcaucasia cum Varietate: *variegata.* Panzer.

Var: 65. *Caspius.* Ménetr. C. R. p. 181. n. 774.
Caspicus. Fald. F. E. T. I. p. 255. n. 239.

In Transcaucasia valde rarus, nil nisi varietas *luridi* absque maculis nigris in elytris.

Spec: 66. *Nigripes.* Fabr. E. S. I. p. 35. n. 111. — S. El. I. p. 67. n. 36.

Cis et trans Caucasum.

Spec: 67. *Depressus.* Fabr. E. S. App. p. 435. n. 125. — S. El. I. p. 80. n. 55.

In Transcaucasia, etiam in Alpibus.

Spec: 68. *Pecari.* Fabr. E. S. I. p. 38. n. 125. — S. El. I. p. 80. n. 57.
Bubulcus. Fald. F. E. T. I. p. 258. n. 242.

Habitat in Iberia et Armenia.

Var: 69. *Menètriesii.* Dej. Cat. des Col. 3. edit. p. 161.

Occurrit cum praecedenti, rarior.

Spec: 70. *Bipunctatus.* Fabr. E. S. I. p. 34. n. 109. — S. El. I. p. 76. n. 34.

Occurrit a Petropoli usque ad Caucasum.

*

Gen: OXYOMUS. Esch.

Spec: 71. *Variolosus.* Kolenati.

Elongatus, rufo-piceus, nitidus, capite punctato, thorace varioloso, elytris profunde sulcatis, sulcis punctis impressis.

Long: 0,003; lat: 0,0013.

Habitat in quisquiliis provinciae Elisabethopol et Karabagh.

Capitis clypeus hexagonus, angulis lateralibus rotundatis, antice rufus crebreque punctatus, postice piceus sparsim punctatus, torulo transverso impunctato, margine antico sinuato; *thorax* aeque longus ac latus, emarginatus, antice vix latior, angulis anticis protractis, subacutis, posticis rotundatis, inprimis postice variolosus, scrobiculis sparsis, dimidio postico sulco longitudinali profundo et scrobiculato; *elytra* profunde sulcata, sulcis punctis transversis subtiliter impressis, interstitiis valde convexis, nitidissimis, glabris; *antennae pedesque* rufo-picei.

Spec: 72. *Porcatus.* Fabr. E. S. I. p. 38. n. 126. — S. El. I. p. 81. n. 57.

Transcaucasiae.

Spec: 73. *Asper.* Fabr. E. S. I. p. 39. n. 128. — S. El. I. p. 82. n. 61.

In provincia Elisabethopol.

SCARABAEIDAE. Mac. Leay.

Genus: LETHRUS. Fabr.

Spec: 74. *Cephalotes.* Fabr. E. S. I. p. 1. n. 1. — S. El. I. p. 1. gen. 1. n. 1.

Habitat monogamus ad Tanain frequens, rarior trans Caucasum.

Genus: GEOTRUPES. Latr.

Spec: 75. *Stercorarius*. Linn. S. N. II. p. 541. n. 32.
— Fabr. S. El. I. p. 24. n. 10.

Cis Caucasum usque in Persiam.

Spec: 76. *Vernalis*. Linn. S. N. II. p. 541. n. 83. — Fabr. S. El. I. p. 25. n. 12.

In Caucaso Lhesgico a me observatus.

Genus: HYBOSORUS. Mac Leay.

Spec: 77. *Arator*. Fabr. E. S. I. p. 33. n. 106. — S. El. I. p. 21. n. 75.

In provincia Elisabethopol et Karabagh.

Genus: ORYCTES. Illig.

Spec: 78. *Nasicornis*. Linn. S. N. II. p. 544. n. 14. — Fabr. S. El. I. p. 13. n. 41.

In Caucaso, Iberia et Armenia.

Marem semel cepi longitudinis 0,045 et latitudinis 0,021.

Genus: SCARABAEUS. Latr.

Spec: 79. *Monodon*. Fabr. E. S. I. p. 20. n. 57. — S. El. I. p. 17. n. 55.

Trans Caucasum ubique frequens.

THALEROPHAGA. Mac. Leay.

Phyllophaga. Latr.

Genus: ANOMALA. Megerle.

Spec: 80. *Frischii*. Fabr. S. El. II. p. 172. n. 68. —

Frischii. Burm. Hdb. IV. I. p. 255. n. 31. 2
Julii. Fabr. S. El. II. p. 171. 66.
Splendida. Ménetr. C. R. p. 185. n. 805.

Cis et trans Caucasum frequens.

Spec: 81. *Horticola.* Linn. S. N. I. p. 554. n. 59. —
» Burm. IV. I. p. 239. n. 11.

In Caucaso occidentali frequens cum var: γ. Dftschm. F. A. I. 199. 16.

Spec: 82. *Lineolata.* Dej. C. ed. III. p. 175. — Burm. IV. I. p. 242. n. 13.

In Achillea et Umbellatis provinciae Elisabethopol, frequens.

Genus: ANISOPLIA. Megerle.

Spec: 83. *Austriaca.* Herbst. Col. III. p. 98. n. 49. t. 24. f. 8. — Burm. IV. I. p. 223. n. 9.

In segetibus Caucasi et Transcaucasiae.

Spec: 84. *Agricola.* Fabr. S. El. II. p. 176. n. 95. —
» Burm. IV. I. p. 216. n. 1.

Var: α. Coleopteris testaceis. Var: β. Coleopteris rufis.
» γ. Coleopteris testaceis, nigro-marginatis et fascia transversa media arcuata angusta. Illiger. Mag. II. 225. — Burm. var. I. pag. 217.
» δ. Elytris luteis aut rufis, marginibus et pone scutellum nigris. *Lineata.* Fabr. S. El. II. 176. 96. — Burm. var: 2. p. 217.
» ε. Elytris luteis, marginibus nigris.

Var: ζ. Elytris nigris, fascia transversa media arcuata lutea.
» η. Elytris nigris, macula transversa lutea aut rufa.
» ϑ. Coleopteris nigris.

In pratis Transcaucasiae frequens praecipue var: ϑ.

Spec: 85. *Arvicola.* Fabr. S. El. II. p. 176. n. 92. — Burm. IV. I. p. 218. n. 2. cum varietatibus a. b. c.

In pratis Cis- et Transcaucasiae.

Spec: 86. *Fruticola.* Fabr. S. El. II. p. 176. n. 94. — Burm. IV. I. p. 219. n. 3.

Var: α. Elytris rufo-testaceis, marginibus nigris, basi nigro-maculatis.
» β. Elytris rufo-testaceis.

Rarior in pratis provinciae Elisabethopol.

Spec: 87. *Crucifera.* Herbst. Col. III. p. 100. n. 50. t. 24. f. 19. — Burm. IV. I. p. 222. n. 7.

Agricola. Linné. S. N. I. 2. p. 553. n. 58. (Teste Schönherr et Burm.)

Var: *Agrapha.* mihi. Absque canalicula in thorace.

Habitat in Caucaso occidentali. Nuperrime mihi etiam missa e Somchetia et Armenia.

Spec: 88. *Leucaspis.* Stéven. Laport de Casteln. hist. Nat. II. p. 151. a. 11. — Burm. IV. I. p. 220. n. 4.

♂ *Elytris pilis croceis aut aurantiacis dense adpressis.*

♀ *Elytris pilis griseo-luteis (coloris murini), minus dense adpressis.*

Innumera exemplaria in copula cepi segetibus insidentia in provincia Elisabethopol.

Spec: 89. *Deserticola.* Fisch. Ent. II. 216. 7. Col. tab. 31. f. 7. — Burm. IV. I. p. 224. n. 10.

Depressicollis. Dej. Cat. 3. ed. 175. b.

Rara in desertis provinciae Elisabethopol.

Genus: MELOLONTHA. Fabr.

Spec: 90. *Fullo.* Linn. S. N. II. p. 553. n. 57. — Fabr. S. El. II. p. 160. n. 3.

Frequens in Transcaucasia prope fluvios.

Exemplaria Germanica et Ciscaucasica minora, elytris maculis minus densis albidis.

Exemplaria Transcaucasica majora, elytris dense elevato-albo-maculatis.

Varietas mihi semel tantum obviam venit elytris in axilla et tuberculo postico margineque externo brunneis, reliquis albido-maculatis.

Spec: 91. *Vulgaris.* Linn. S. N. II. 554. 60. — Fabr. S. El. II. p. 161. n. 6.

Frequentior cis quam trans Caucasum.

Spec: 92. *Hippocastani.* Fabr. S. El. II. p. 16. 2. n. 7.

Frequens in Caucaso, rarior trans illum.

Spec: 93. *Praeambula.* Kolenati.

Fusco-murina, subtus thorace longe cervino-villoso, elytrorum margine nigro-fusco, antennis tarsisque nigris, ano mutico.

Long: 0,021; lat: 0,012.

Habitat ad amnes provinciae Elisabethopol mense Februario, Marto et Aprili.

Forma *M. hippocastani. Caput* quadratum, parvum, cinereo-pilosum, inter oculos torulo transverso, margine antico elevato fronteque excavata, angulis rectis, rotundatis; antennarum basis palpique picei; *thorax* transversus, heptagonus, angulis anticis protractis, subacutis, lateralibus rotundatis, posticis rectis ac acutis, medio postico obtuso ac rotundato, discus dense murino-pilosus; *scutellum* semicirculare, nigrum, murino-pilosum; *elytra* ovata, dense murino-pilosa, pilis adpressis, extus dilatata, costulis longitudinalibus quinque, secunda distincta, margine externo basi nigro apice fusco; metathorax subtus cum prothorace longe cervino-villosus; *abdomen* nigrum, lateribus maculis conicis albis; *pedes* rufi, cinereo-pilosi, tarsis nigris.

Differt praecipue a *M. hippocastani* pilis coloris murini, elytrorum costulis tenuioribus, antennis tarsisque nigris (in 30 exemplaribus collectis), forma graciliori; ceterum *M. Hippocastani* in Caucaso mense Aprili nondum a me observata, sed Majo et Junio.

(Mus. Acad. Sc. Petrop., Comitis ab Mannerheim et Auctoris).

Genus: TANYPROCTUS. Falderm.
(F. E. T. I. p. 272.)

Spec: 94. *Persicus.* Falderm. F. E. T. I. p. 274. n. 257. t. 8. f. 4. — Ménetr. C. R. p. 185. n. 804.

Ver: γ. (Falderm.) Elytris rufis.

Insidet ad vesperas Stipae et aliis graminibus deserti provinciae Elisabethopol.

Spec: 95. *Carbonarius.* Falderm. F. E. T. I. p. 273. n. 256. t. 8. f. 3.

In Somchetia et Armenia, etiam in provincia Karabagh.

Genus: ANCYLONYCHA. Dej.

Spec: 96. *Rustica.* Fald. I. p. 275. n. 258. T. 8. f. 5.

Habitat in vepreculis provinciae Elisabethopol et Karabagh.

Genus: RHISOTRAGUS. Latr.

Spec: 97. *Aequinoctialis.* Fabr. S. El. II. p. 164. n. 10.
Habitat in Transcaucasiae et cis Caucasum montuosis.

Spec: 98. *Aestivus.* Oliv. Ent. I. 5. p. 17. 11. t. 2. f. 11. *b.*
Ad amnes provinciae Elisabethopol et Karabagh.

Spec: 99. *Tropicus.* Schönh. App. p. 86. n. 119. — Syn. Ins. III. p. 175. 52.
In pratis promontorii Armeniaci, montibus Kaepesdagh et Ssarijal.

Genus: OMALOPLIA. Mag.

Spec: 100. *Ruricola.* Linn. S. N. I. IV. p. 1558. n. 235.
Spireae. Pallas. Iter. II. p. 719. 42.
In Circassia et Transcaucasia.

Spec: 101. *Iberica.* Kolenati.

Rufa, nitida, glabra, crebre-punctata, subtus sparsim pilosa.

Long: 0,009; lat: 0,0054.

Habitat in Iberia, Somchetia et confinio Persiae.

Caput hexagonum, transversim inter oculos impressum, ante impressionem ruguloso-punctatum, retro crebre-punctatum; *thorax* latior ac longus, emarginatus, angulis anticis deflexis, posticis fere rectis, lateribus modice convexis, disco punctato; scutellum triangulare, punctatum, costula planiuscula longitudinali impunctata; *elytra* oblongo-ovalia, retro medium paululum dilatata, thorace latiora, striata, interstitiis striisque irregulariter crebre punctatis; meso- et metasternum parce, acetabulaque luteo-pilosa.

ANTHOBIA. Latr.

Genus: HOPLIA. Illig.

Spec: 102. *Caucasica*. Kolenati.

Picea, capite nigro, elytris ochraceis, omnibus viridescenti - squamosis, tibia antica bidentata.

Long: 0,0076; lat: 0,0045.

Habitat in nemoribus ad amnem Gaendschatschai prope Elisabethopolin, mense Junio.

Forma *H. praticolae*. *Caput* nigrum, ante oculos paululum angustius, lateribus luteo - pilosis, margine antico sursum flexo, disco postico viridi - luteo, squamoso; antennae piceae; *thorax* latior ac longus, antice angustior, angulis anticis deflexis, lateribus convexis, posticis fere rectis, disco subconvexo viridi - luteo squamoso, inter squamas colore bruneo thoracis paululum transparente; *scutellum* semicirculare, squamosum; *elytra* ochracea, viridi-luteo-squamosa, colore ochraceo magis quam in thorace transparente, inferior facies viridi-argenteo squamosa; *pedes* picei, sparsim squamosi.

Differt praeterea ab H. *minuta*. Panz. squamis minus densis et tibiis anticis bidentatis.

Spec: 103. *Conspersa*. Motsch. Mus. Acad. Sc. Petrop.

Habitat in Caucaso occidentali. ad fluvium Urup mense Junio frequens. (In proelio a me collecta *.)

Genus: AMPHICOMA. Latr.

Spec: 104. *Vulpes*. ♂ Fabr. S. El. II. p. 185. n. 146.

---

*) Quam ob rem exemplaria omnia detrita et minus apta ad descriptionem.

Hirta. ♀ Fabr. S. El. II. p. 185. n. 145.
Alopecias. Pallas. Icon. 15. 15. tab. A. f. 15. *b*
Habitat in Caucaso Lhesgico.

Spec: 105. *Distincta.* Fald. F. E. T. I. p. 286. n. 267. t. 8. f. 10.

Capite et pronoto aeneo, viridi aut violaceo, pilis pronoti et pedum nigris, abdominis luteis.

♂ ventre apice rufo. ♀ abdomine concolori nigro.

Habitat in Papaveris floribus ad montium pedes provinciae Elisabethopol, inprimis monte Ssarijal et Gaendscha-dagh.

Varietatem e sexcentis exemplaribus unam accepi: Capite, pronoto et scutello cupreo, luteo-piloso, quae *vulpecula* Falderm. esse videtur.

Spec: 106. *Hirsuta.* Brullé. Exp. Mor. pl. 39. f. 10. p. 182. n. 316. — Burm. IV. I. p. 19. n. 3.
Psilotrichius. Parr. Fald. F. E. T. I. p. 285. n. 266. — Waltl. Jsis. 1838. 459. 62.
Var: a. *Anemonina.* Brullé. Exp. Mor. pl. 39. f. 7. pag. 180. n. 313.
» b. *Chrysonota.* Brull. ibid. pl. 39. f. 6. p. 151. n. 315.
» c. *Hirsuta.* Brullé.
» d. *Scutellata.* Brullé ibid. pl. 39. f. 8. p. 181. n. 314.
» e. *Apicalis.* Friv. Waltl. Isis. l. l. 459. 60.
Humeralis. Brullé. Exp. Mor. pl. 39. f. 12. p. 183. n. 318.

Habitat in Papaveribus Caucasi et Iberiae.

Spec: 107. *Bombiliformis.* Pall. Jc. 17. tab. A. f. 17.
— Burm. IV. i. p. 22. n. 6.

In Ciscaucasia et Caucaso occidentali.

Spec: 108. *Arctos.* Pall. Jcon. 16. tab. A. f. 16. —
Burm. IV. i. p. 23. n. 7.
Chrysopyga. Stév. Fald. F. E. T. I. p. 284.
n. 265. t. 8. f. 9.

Habitat in Achillea ad pedes montium Ssarijal et Gaendschadagh prope Sournabad, in provincia Elisabethopol.

MELITOPHILA. Latreille.

Genus: TRICHIUS. Fabr.

Spec: 109. *Fasciatus.* Linn. S. N. II. p. 556. n. 70. —
Burm. III. p. 761. n. 5.
Abdominalis. Ménétr. C. R. p. 189. n. 825.
Terminatus. Ménétr. Dej. Cat. p. 187. *)

In Synpetalis Caucasi et Transcaucasiae.

Genus: VALGUS. Scriba.

Spec: 110. *Hemipterus.* Linn. S. N. II. p. 555. n. 63.
— Burm. III. p. 720. n. 1.

In Caucaso et Transcaucasia.

Genus: CETONIA. Fabr.

Spec: 111. *Fastuosa.* Fabr. S. El. II. p. 137. n. 10. —
Burm. III. p. 468. n. 26.
Var: *Speciosa.* Adams. Prodr. Faun. Ins. Cauc.
ined. n. 50.

---

*) Solum varietates.

Speciosa. Adams. Descr. Ins. nov. in imp. Ross. Mém. Soc. Mosq. 1817. T. V. p. 302. n. 21.
» Fald. F. E. T. I. p. 290. n. 271. t. 9. f. 3.

Habitat in Transcaucasia pone sylvas fluvii Cyri.

Spec: 112. *Exclamationis.* Fald. F. E. T. I. p. 297. n. 278. t. 10. f. 3. — Burm. III. p. 452. n. 13.

Frequens in Echinope provinciae Elisabethopol.

Spec: 113. *Albilatera.* Fald. F. E. T. p. 291. n. 272. t. 9. f. 4.

In provinciae Elisabethopol et Armeniae Carduis.

Spec: 114. *Aurata.* Linn. S. N. II. p. 557. n. 78.

In Ciscaucasia.

Spec: 115. *Caucasica.* Kolenati.

Viridi-aurata, subtus cuprea; capitis clypei margine antico valde reflexo, subsinuato, thoracis margine impressionibusque in disco 12 vel 13 albis, elytris lineis duabus elevatis suturaque lata postice canaliculata, processu mesosterni lato, transversim globoso, depresso.

Long: 0,021; lat: 0,0115.

Habitat in Caucasi declivitate meridionali, Transcaucasia et confinio Persiae.

Habitus *C. Auratae.* Differt ab illa species nostra margine capitis antico valde elevato et tantum subsinuato, thorace albo-fasciato, processu mesosterni lato, transversim globoso ac depresso.

Caput oblongo-quadrangulare, punctatum, margine antico subsinuato, valde elevato, laterali crasso, *thorax* aeque longus ac latus, antice angustior, angulis anticis subacutis, margine laterali retro dimidium obsolete sinuato, angulis posticis rotundatis, margine postico medio

magis quam utrinque sinuato, disco punctato, impressionibus lateralibus 12 vel 13 albis, aut impressionibus in vittas quatuor plus minusve interruptas junctis, duabus anticis lateralibus duabusque posticis discoidalibus, margine externo reflexo, intus albo; *scutello* oblongo-triangulari, basi punctato, ceterum glabro; *elytris* circa scutellum, inter suturam et elevationem externam posticam, excavatis, punctatis, albo-variegatis, extus in medio et inter suturam et elevationem posticam transversim undulatim-erosis, pone suturam postice lineatim interrupte erosis; *abdomen* ad latera arcuato-profunde-erosum; *pedes* undulato-erosi ac profunde punctati; *venter* maculis quatuor lateralibus et pone illas transversis albis, medio impunctato; *hypopygio* fasciis duabus albis.

Var: Coloris supra et infra olivaceo-aenei in cupreum abeuntis.

Spec: 116. *Armeniaca.* Mannerh. Ménétr. C. R. p. 190. n. 829. — Burm. H. d. E. III. p. 466. n. 24.

Habitat prope urbem Tiflis, in Iberia, Kartalinia et Armenia usque ad confinia Persiae.

Genus: EPICOMETIS. Burm.

Spec: 117. *Hirtella.* Linn. S. N. II. p. 556. n. 69.
Hirta. Fabr. S. El. II. p. 155. n. 100. — Burm. III. p. 435. n. 2.

In Cis- et Transcaucasia.

Genus: LEUCOCELIS. Burm.

Spec: 118. *Stictica.* Linn. S. N. II. p. 552. n. 54. — Burm. III. p. 429. n. 12.

Habitat in Caucaso occidentali et Somchetia.

Spec: 119. *Albella.* Pall. Jc. Ins. p. 17. t. A. f. 18.
Cinctella. Stéven. Dej. Cat. ed. 3. p. 192. b.
» Burm. Hdb. III. p. 428. n. 11.

Habitat in Carduis provinciae Elisabethopol.

LUCANIDAE. Leach.

Genus: LUCANUS. Linné.

Spec: 120. *Tetraodon.* Thunberg. Dej. Cat. p. 193.

Habitat in sylvis Somchetiae.

Genus: DORCUS. Megerle.

Spec: 121. *Parallelepipedus.* Linn. S. N. II. p. 561. n. 6.

In sylvis Caucasi et Somchetiae.

Genus: SINODENDRON. Fabr.

Spec: 122. *Cylindricum.* Fabr. S. El. II. p. 376. n. 1.

In Alni et Betulae truncis putrescentibus. Occurrit a Petropoli usque ad confinia Persiae.

STERNOXI.

Genus: ACMAEODERA. Eschscholtz.

Spec: 123. *Villosula.* Stéven. Mém. Soc. Mosq. Vol. II. t. II. f. 5.

Habitat in provinciis Transcaucasicis.

Genus: CAPNODIS. Eschsch.

Spec: 124. *Mannerheimii.* Fald. F. E. T. I. p. 142. 128. T. IV. f. 8.

Henningii. var. Fald. F. E. T. I. p. 141. 127. T. IV. f. 7.

Habitat in dumetis provinciae Elisabethopol.

Spec: 125. *Tenebrionis.* Fabr. E. S. I. n. 207. 90.

In Cis- et Transcaucasia.

Spec: 126. *Tenebricosa.* Fabr. E. S. I. n. 207. 89.

Habitat in Rumice Armeniae montuosae.

Genus: PEROTIS. Meg.

Spec: 127. *Lugubris.* Fabr. E. S. I. n. 206. 86.

In sylvis ad fluvium Cyrum, provinciae Elisabethopoleos salsolis insidens.

Genus: ANCYLOCHEIRA. Esch.

Spec: 128. *Punctata.* Fabr. E. S. II. 190. 20.

A D°. Fricke ex Armenia missa.

Genus: CHRYSOBOTHRIS. Esch.

Spec: 129. *Chrysostigma*. Linn. S. N. 2. 660. 7.
In Georgia Caucasica.

Genus: ANTHAXIA. Esch.

Spec: 130. *Cyanicornis*. Fabr. S. El. 2. 207. 119.
In Armenia.

Spec: 131. *Salicis*. Fabr. S. El. 2. 216. 163.
In Umbelliferis Transcaucasiae.

Spec: 132. *Signaticollis*. Krynicki. Bull. Soc. Moscq. t. 5. p. 92. pl. 3. f. 4.
In Transcaucasia.

Spec: 133. *Nitidula*. Linn. S. N. 2. 662. 21.
In Caucaso et Transcaucasia.

Spec: 134. *Lucidiceps*. Dej. Cat. ed. II. p. 91.
In Georgia Caucasica.

Genus: SPHENOPTERA. Dej.

Spec: 135. *Somchetica*. Kolenati.

Viridi-nigra, subnitida, punctata, thorace coleopteris paulo latiore, his vix canaliculatis, striato-punctatis.

Long: 0,013.
Lat: 0,005.

Habitat in salsolis Somchetiae ad fluvium Alget, prope coloniam Elisabeththal.

Supra viridis, infra cuprea; *caput* viridi-cupreum, punctatum, fronte utrinque impunctata, in medio creberrime punctata, cervice sulculo subtilissimo longitudinali; *thorax* transverse-quadrangularis, subconvexus, elytris paulo latior, punctatus, medio longitudinaliter late-

ribus obscure impressus, angulis anticis deflexis, retro angulum torulo obliquo ad discum vergente impunctato et ad marginem thoracis externum fossula obscura; *scutellum* transversum, cordatum, laeve; *elytra* oblongo-ovata, postice coarctata, ad suturam late ac laeviter exarata, seriebus quatuor dupplicatis punctorum oblongorum, punctis in seriebus externis subtilioribus, apex elytrorum extus rotundatus, intus subangulatus.

Similis *S. Carcelii.* Cast. Differt ab illa elytris octo-serialim punctatis, seriebus duabus invicem approximatis, capite non foveolato, et torulo pone angulum thoracis anticum obliquo, ceterum multo major. Spectat inter *S. geminatam.* Illig. et *Carcelii.*

Genus: AGRILUS. Megerle.

Spec: 136. *Elatus.* Fabr. E. S. I. II. p. 213. 1:8.
In Carduis Transcaucasiae.

Spec: 137. *Amethystinus.* ♂ Olivier. Ins. 32. t. 11. f. 128. A. B.
In Carduis Iberiae et Armeniae.

Var: 138. *Cardui.* ♀ Motsch. (var: c. Mannh. in Enum. Buprest. Mosc. Bull. VIII. p. 107.)
Viridis et major.
Habitat in Carduis Transcaucasiae.

Spec: 139. *Derasofasciatus.* Ziegl. Boisd. et Lac. F. E. P. I. p. 613. n. 11. — Mannh. Enum. Buprest. Mosc. Bull. VIII. p. 115. n. 15.
In foliis vitis frequentissimus Transcaucasiae. Larva habitat in vitis radice et ligno.

Genus: TRACHYS. Fabricius.

Spec: 140. *Phlyctaenodes.* Kolenati.

Aeneo-nigra, convexa nitida, sparsim albo-pilosa; capite sulco longitudinali, thorace brevissimo, bisinuato, elytris fere seriatim profunde-punctatis.

Long: 0,00325.

Lat: 0,002.

Habitat in floribus provinciae Elisabethopol, Transcaucasiae.

Viridi-aenea. *Caput* laeve, sulco longitudinali profundo fossulisque frontalibus lateralibus, pilis ad latera brevibus subtilissimis albidis; *thorax* transversus, convexus, laevis, ad latera pilis subtilissimis dispersis albidis ornatus, disco antice et postice obsolete ruguloso; *scutellum* triangulare, nitidum, laeve; *elytra* ad latera hinc inde pilis brevibus albidis sparsis obsita, profunde-punctato-foveolata, punctis vel foveolis paulo oblique-seriatim dispositis. Subtus aeneo-nigra.

Spectat inter T. *aeneam*. Mannerh. et *pygmaeam*. Fabr. Differt ab *aenea* elytris seriatim punctatis, a *troglodytes*. Schönh. thorace laevi et pilis albidis.

Genus: SYNAPTUS. Esch.

Spec: 141. *Filiformis*. Fabr. E. S. II. p. 227. n. 48. — Oliv. Ins. 2. 31. tab. 4. f. 41.
Ericanus. Fald. F. E. T. I. p. 160. n. 143. t. V. f. 8.

Habitat in Caucaso et Iberia.

Genus: CRATONYCHUS. Dejean.

Spec: 142. *Castanipes*. Payk. F. S. III. 23. 27.
Obscurus. Fabr. S. E. II. p. 233. n. 63.

In Coucaso et Iberia.

Spec: 143. *Brunnipes*. Germ. Ins. sp. 41. 67.

Monticola. Ménétr. C. R. p. 156. n. 629.

Habitat in Iberia et Armenia.

Spec: 144. *Sobrinus.* Ménetr. C. R. p. 157. n. 630.
Ménetriesii. Fald. F. E. T. I. 162. 146. t. 5. fig. 9.

In provincia Elisabethopol.

Genus: AGRYPNUS. Esch.

Spec: 145. *Atomarius.* Linn. S. N. II. p. 655. n. 28. — Fabr. S. El. II. p. 229. n. 42.

In Caucaso et Iberia.

Genus: LACON. Laporte.

Spec: 146. *Crenicollis.* Ménetr. C. R. p. 156. n. 628. — Fald. F. E. T. III. p. 166. — Germ. Zeit. II. 2. p. 265. n. 11. tab. I. f. 1.

In Caucaso et Transcaucasia.

Genus: CARDIOPHORUS. Esch.

Spec: 147. *Atramentarius.* Erichson. Germar. Zeit. II. 2. p. 297. n. 31.
Megathorax. Fald. F. E. T. I. p. 171. tab. VI. fig. 2.

Thorace subtilius punctato.
Long: 0,006 vel 0,008.
Lat: 0,0015 vel 0,0025.

Habitat in Umbelliferis Transcaucasiae.

Spec: 148. *Asellus.* Erichs. in Germ. Zeit. II. 2. p. 300. n. 36.

In provincia Elisabethopol.

Spec: 149. *Pictus.* Falderm. F. E. T. I. p. 170. n. 153. tab. VI. f. 1.

Habitat in domibus coloniae Helenendorf prope Elisabethopolin.

Genus: AMPEDUS. Megerle.

Spec: 150. *Praeustus.* Fabr. S. E. II. p. 238.

Habitat in Caucaso et Iberia.

Spec: 151. *Crocatus.* Geoffr. Hist. I. p. 131. 3. a. — Dej. Cat. p. 104. — Gmr. Zeit. V. p. 159. n. 6.

In Caucaso ad urbem Pjatjgorsk.

Genus: CRYPTOPHYPNUS. Esch.

Spec: 152. *Curtus.* Gmr. Zeitsch. V. p. 141. n. 9.

Habitat in Transcaucasia.

Spec: 153. *Tetragraphus.* Germ. Zeit. V. p. 143. n. 12. *4pustulatus.* Gyllh. Ins. F. Suec. I. p. 424. 54.

In ripis arenosis ad fluvium Gaendscha, provinciae Elisabethopol.

Genus: DRASTERIUS. Esch.

Spec: 154. *Bimaculatus.* Fabr. S. E. II. p. 245.

Habitat cum praecedenti.

Genus: LUDIUS. Latreille.

Spec: 155. *Latus.* ♂ Fabr. S. El II. p. 232. n. 58.
Saginatus. ♀ Ménétr. C. R. p. 154. n. 623.
Pasticus. ♂ Ménetr. C. R. p. 155. n. 624.

Habitat in Caucaso et Iberia.

Spec: 156. *Quercus.* Gyllh. Ins. Suec. I. p. 397. 26.

Habitat in Transcaucasia.

Genus: ADRASTUS. Megerle.

Spec: 157. *Pallens.* Fabr. S. El. II. 242. 108.
Limbatus. Hbst. Kaef. X. t. 169. fig. 1. var.
Payk. F. S. III. 43. 49.
Pusillus. Hbst. Kaef. X. 85—97. t. 165. f. 11.

Habitat in Caucaso et Iberia.

Genus: AGRIOTES. Esch.

Spec: 158. *Lapicida.* Fald. F. E. T. I. p. 177. 160.

Habitat in provincia Karabagh.

Spec: 159. *Karabachensis.* Kolenati.

Oblongus, subcylindricus, rufo-bruneus, pubescens, antennis pedibusque rufo-testaceis, elytris punctato-striatis.

Long: 0,011; lat: 0,0032.

Habitat in vepreculis provinciae Karabagh, Transcaucasiae.

Caput valde convexum, crassum, luteo-pubescens, profunde crebreque punctatum; *thorax* longior ac latus, convexus, profunde-crebre-punctatus, margine antico rufo, lateribus antice rotundatis, brevissime ciliatis, postice ante angulum arcuato laeviter excisis, margine postico bisinuato, angulis supra humeros productis, lineola antescutellari subtilissima impunctata in impressione obsoleta; *scutellum* oblongo-ovale, medio carinatum, punctulatum; *elytra* latitudine thoracis ad medium paulo dilatata apice coarctata, subacuminata, subpubescentia, marginibus brevissime ciliatis, striis novem, externis distinctius punctatis, interstitiis convexis, punctulato-rugulosis; *antennae*, facies inferior *pedes*que rufo-testacei.

MALACODERMATA.

Genus: ISOSOMA. Mannerh.

Spec: 160. *Elateroide.* Mannerh. Ménétr. C. R. p. 160. n. 646. — Fald. F. E. T. I. p. 182. n. 163.

Habitat in Somchetia et ad Derbentum, Transcaucasiae.

Genus: ATOPA. Fabr.

Spec: 161. *Cervina.* Fabr. S. El. II. p. 15. n. 2.

In Transcaucasia.

Genus: CYPHON. Fabr.

Spec: 162. *Graciosus.* Kolenati.

Rufo-testaceus, tenuiter pubescens, punctatus, capite elytrisque pone scutellum cum scutello nigro-fuscis, antennis pedibusque testaceis.

Long: 0,00225; lat: 0,00175.

Habitat sub foliis delapsis et in floribus provinciae Elisabethopol nec non Karabagh.

Oblongo-ovalis, convexus, nitidus; *caput* nigrum, nitidum, tenuissime pubescens, impunctatum; *thorax* transversus, nitidus, tenuiter pubescens, punctulatus, rufus; *scutellum* nigrum, medio carinatum, punctatum; *elytra* thorace latiora, convexa lateribus parallelis, basi apiceque rotundata, rufo-testacea, ad latera distinctius pubescentia, nitida, ad angulum anticum internum et in medio pone suturam nigro-fusca, crebre subtiliter punctata.

Spec: 163. *Griseus.* Fabr. S. El. I. pag. 502. n. 3.

In Transcaucasia.

Genus: LAMPYRIS. Linné.

Spec: 164. *Noctiluca*. Linné. S. N. II. 643. 1. — Fabr. S. El. II. p. 99. n. 1.

In Caucaso et in Transcaucasiae alpibus.

Spec: 165. *Zenkeri*. Germar. Reise. Dalm. p. 311. Tab. 10. f. 1. 2. 3. — Ménetr. C. R. p. 161. n. 650.

In Transcaucasiae devexis, nemorosis, et ad pagum Kasbek.

Genus: CANTHARIS. Linné.

Spec: 166. *Oculata*. Gebler. Mém. Soc. Mosq. V. p. 316.
» Ledebours. Reise. III. p. 86. 7.

Habitat in Caucaso Lhesgico.

Spec. 167. *Nigricans*. Illig. Col. Bor. I. 298. 5. — Fabr. S. El. I. p. 296. n. 9.

Habitat in Caucaso et Iberia.

Spec: 168. *Pulchra*. Falderm. F. E. T. I. p. 190. n. 172. t. VI. f. 8.

In provincia Elisabethopol.

Spec: 169. *Livida*. Linn. S. N. II. 647. 3. — Fabr. S. El. I. p. 295. n. 2.

In Caucaso et Transcaucasia.

Spec: 170. *Rufa*. Linn. S. N. (Dej. Cat. p. 119).
Foetida. Ménetr. C. R. p. 162. n. 655.

In Transcaucasia.

Spec: 171. *Melanura*. Linn. S. N. II. 651. n. 27. — Fabr. S. El. I. 302. n. 43.

In Umbelliferis Iberiae et Armeniae.

Spec: 172. *Melanoscelis*. Kolenati.

Nigra, ore, antennarum basi, tibiis, elytrisque testaceis, thorace rufo-testaceo, disco-nigro.

Long: 0,0065; lat: 0,002.

Habitat in dumetis provinciae Elisabethopol.

Caput nigrum, nitidum, cervice sulculo longitudinali; antennarum articulus primus et secundus testaceus, tertius obscure reliqui distinctius fusci, basi tantum testacei, pubescentes; *thorax* quadratus, nitidus, subtiliter punctulatus, angulis rotundatis, marginibus externis et postico protensis, disco medio macula oblonga nigra fossam oblongam explente, pone fossam ad marginem posticum gibbo, nitido; *scutellum* nigrum, triangulare, longitudinaliter undulato-striatum; *elytra* testacea, pubescentia, subnitida, postice truncata, angulis obtusis, marginibus breviter aureo-ciliatis, superficie coriaceo-scabra; *abdomen* nigrum, annulis subtilissimis luteis, ano luteo; *femora* nigra, basi testacea, *tibiae* testaceae, *tarsi* fusci.

Major quam *C. Testacea.* Fabr. Differt praeterea nostra species femoribus nigris et thoracis disco macula tantum nigra. Similis *C. Clypeatae.* Illig. Differt thoracis angulis acutioribus non tam rotundatis, maculaque nigra minori, et scutello striato. Similis praeterea C. *Sardoa.* Ménétr. (Collect. Acad. Petrop.), a qua differt femoribus nigris et scutello striato, quum in C. *Sardoa* sit punctulatum.

Genus: MALACHIUS. Fabr.

Spec: 173. *Aeneus.* Linn. S. N. II. p. 648. n. 7. — Fabr. S. El. I. 306. 3.

Habitat in Cis- et Transcaucasia.

Spec: 174. *Vittatus.* Ménétr. C. R. p. 163. n. 659. — Fald. F. E. T. I. p. 197. n. 180.

Habitat in provincia Elisabethopol.

Spec: 175. *Bipustulatus.* Linn. S. N. II. 648. n. 8. — Fabr. S. E. I. p. 306. n. 4.

In Cis- et Transcaucasia.

Spec: 176. *Marginellus*. Fabr. E. S. p. 222. n. 4.

In Iberia et Armenia.

Spec: 177. *Miniatus*. Mannerheim.

Viridis, elytris miniaceis, fascia transversa nigra, antennis fuscis, pedibus rufo-testaceis.

Long: 0,004; lat: 0,0012.

Habitat in Crataegis et Umbellatis provinciae Elisabethopol.

Caput viride, nitidum, pentagonum, fronte planiuscula utrinque impressa, impressionibus ad cervicem in canaliculam coalescentibus; *thorax* rotundatus, convexus, margine antico convexo, postico truncato, angulo externo postico inflexo; *scutellum* nigrum; *elytra* parallela, miniacea, aciculata, pone scutellum infuscata, in dimidio postico fascia transversa lata nigra marginem externum non attingente ornata; *abdomen* viridi-nigrum annulis subtilissimis flavis; antennae basi rufo-testaceae, altero dimidio fuscae, intus rufescentes; *tibiae* posticae curvae.

Differt a *M. Equestri*. Fab. pedibus omnibus rufo-testaceis, a *Fasciato*. Fab. elytrorum fascia angustiori.

Spec: 178. *Bulbifer*. Kolenati.

Viridi-niger, nitidus, thorace elytrorumque apice aurantiacis, antennarum basi pedibus anticis et intermediis testaceis.

Long: 0,0032; lat: 0,0014.

Habitat in Umbellatis provinciae Elisabethopol, ad pedem montis Ssarijal et Gaendscha-Dagh.

Caput nigrum, nitidum, fronte planiuscula, foveolata, ore rufescenti, palpis apice nigris; antennae ad dimidium rufo-testaceae, ceterum fuscescentes; *thorax* rotundatus, rufus aut aurantiacus, subconvexus, nitidus, subtilissime punctulatus, margine ad angulum posticum paululum re-

flexo; *elytra* viridi-nigra aut nigra, nitida, basi paulo angustiora, ante apicem extus dilatata, postice coarctata, apice aurantiaco intus impresso, foveolato, foveola nigra, appendices in elytris petiolati, toti rufo-lutei, apice in patellam triangularem, rotundatum, rugulosam dilatati; *abdomen* nigrum; *femora* postica apexque *tibiarum* posticarum subrectarum niger, reliquis rufo-testaceis, *tarsis* apice fuscescentibus.

Similis *Dispari.* Dej. Differt apice elytrorum rufo, et appendicibus propriis, praeterea femoribus posticis nigris; differt a *M. pediculario.* Fabr. thorace aurantiaco, a *thoracico* Fabr. femoribus posticis tantum nigris, anticis testaceis et elytrorum apice aurantiaco.

Spec: 179. *Dupplicatus.* Kolenati.

Nigro-violaceus aut nigro-aeneus, nitidus, sublaevis antennis pedibusque nigris, elytrorum apice dupplicato, transverso, luteo.

Long: 0,0032; lat: 0,0012.

Habitat in floribus provinciae Karabagh.

Caput viridi-nigrum, medio longitudinaliter impressum, punctulatum, ore, palpis antennisque nigris: *thorax* viridi niger, transversus, quadrangularis, punctulatus, angulis rotundatis, lateribus oblique obsolete impressus, marginibus rectis; *elytra* nigro-violacea, nitida, basi subtilissime punctulata, ante apicem extus valde dilatata, postice rotundata, transversim plicata, ante plicam angustius ast intensius lutea, quam post plicam; tibiae posticae subrectae.

Similis *M. Pulicario.* Fabr. Differt autem thorace toto viridi-aeneo et alarum apice plicato.

Spec: 180. *Nigripes.* Kolenati.

Viridi-niger, subnitidus, subpubescens, antennis pedibus

et abdomine nigris, thorace oblongo, tibiis posticis curvis apice dilatatis.

Long: 0,0028; lat: 0,0011.

Habitat in floribus provinciae Elisabethopol et Karabagh.

Caput thorace paulo latius, medio longitudinaliter impressum; *thorax* oblongus, rotundatus, postice coarctatus, marginibus non reflexis; *elytra* versus dimidium sensim dilatata, apice rotundata, in mare densius viridinigro-pubescentia et punctulata, in femina laeviora; *antennae* feminae ad basin articuli secundi et apicem articuli primi obsolete rufae.

Similis *M. Flavipedi.* Ziegl. Differt antennis pedibusque nigris.

Genus: DASYTES. Fabr.

Spec: 181. *Ater.* Fabr. S. El. II. 71. 1.

In graminibus planitiei territorii Elisabethopoleos, frequens.

Spec: 182. *Flavipes.* Fabr. S. El. II. 73. 6.

In Transcaucasiae Umbellatis.

Spec: 183. *Pyrrhostoma.* Kolenati.

Viridi-niger, nitidus, ad latera nigro-crinitus, punctulatus, ore rufo, antennarum basi pedibusque rufo-testaceis.

Long: 0,0046; lat: 0,0012.

Habitat in Umbellatis provinciae Elisabethopol et Karabagh.

Caput thorace angustius, punctatum, fronte utrinque semilunaliter cervice medio impressis; ore, palpis, antennarumque articulis quatuor primis rufis; *thorax* quadratus, punctulatus, angulis rotundatis, antice paulo angus-

tior, ante medium ad latera obsolete transversim impressus, marginibus externis reflexis; *elytra* fere parallela, post dimidium paulo dilatata, punctulata, apice subacuto; *abdomen* nigrum, nitidum; *pedes* rufotestacei, empodio nigro.

Differt a D. *nigro*. Fab. antennarum basi pedibusque rufis; a *flavipede* Fab. pilis longioribus et femoribus rufis.

Spec: 184. *Xanthocnemus*. Kolenati.

Viridis, albido-pubescens, subnitidus, crebre-punctatus, antennarum basi tibiisque rufis.

Long: 0,003; lat: 0,001.

Habitat in Pastinaca armeniaca, Transcaucasiae.

Caput thorace angustius, dense pilosum, fronte utrinque longitudinaliter obsolete impressa; *thorax* aeque longus ac latus, antice et postice truncatus, convexus, subtilissime punctulatus, angulis anticis deflexis subrotundis, posticis rotundis; *elytra* convexa, parallela, apice subacuminata, albido-pilosa, punctulata; *femora* nigra, *tibiae* rufae, *tarsis* fuscis.

Similis D. *pallipedi*. Illig. Differt femoribus nigris, caeterum minor.

Spec: 185. *Subaeneus*. Schönherr. Dej. Cat. p. 124.

In Caucaso et Iberia.

Spec: 186. *Cinereus*. Fald. F. E. T. I. p. 205. n. 189.

Habitat in Pastinacis et Chaerophyllis provinciae Elisabethopol.

TEREDILES.

Genus: TILLUS. Fabr.

Spec: 187. *Rubrofasciatus*. Kolenati.

Ater, longe albo-fuscoque pilosus, ore antennisque ru-

fis, elytris ad dimidium rubris, apice atris, fascia anteapicali transversa rubra, a nigredine ad suturam interrupta.

Long: 0,008; lat: 0,0025.

Habitat in Umbellatis provinciae Elisabethopol prope montem Ssarijal.

Caput atrum, punctatum, ore, palpis antennisque rufis; *thorax* oblongus, ater, postice angustatus, disco impressione profunda cordiformi; *elytra* parallela, postice rotundata; dimidio antico rubro, postico atro, fascia retro medium rubra transversa ad suturam nigredine interrupta, elytris retro fasciam (apice) laevibus hinc inde ad originem pilorum albescentium punctatis, ante fasciam striato-punctatis; *abdomen pedes*que nigri albido-pilosi.

Similis *T. Terminato.* Klug. Differt ab illo noster thorace pedibusque nigris; similior *T. Unifasciato.* Fabr. differt impressione thoracis cordiformi, elytris apice non striato-punctatis, fascia altera rubra.

Genus: NOTOXUS. Fabr.

Spec: 188. *Univittatus.* Rossi. F. Etr. I. p. 383. gen. XLIII. n. 112. — Fald. F. E. T. III. p. 89.

Habitat in hortis et domibus provinciae Elisabethopol.

Genus: TRICHODES. Fabr.

Spec: 188. *Quadriguttatus.* Stéven. Mosc. Bull. 1829. n. IV. p. 68. pl. 1. f. 4.
Quadripustulatus. Dej. Cat. p. 126.

Habitat in Umbellatis Somchetiae, prope Tiflis.

Spec: 190. *Apiarius.* Linn. S. N. II. 620. 10. — Fabr. S. El. I. p. 284. n. 6.

Var: *Crassipedarius*. Besser.
Habitat in Caucaso et Transcaucasia.

Genus: CLERUS. Fabr.

Spec: 191. *Mutillarius*. Fabr. S. El. I. p. 279. 51. 1.
Habitat in Somchetia sylvosa, prope urbem Tiflis.

Genus: CORYNETES. Fabr.

Spec: 192. *Rufipes*. Fabr. S. El. I. p. 286. n. 2.
Incolit cadavera et ossa Transcaucasiae.
Spec: 193. *Violaceus*. Linn. S. N. II. 56. 113.
In cadaveribus Caucasi et Transcaucasiae.

Genus: PTILINUS. Geoffroy.

Spec: 194. *Aspericollis*. Ménétr. C. R. p. 166. n. 673. — Fald. F. E. T. I. p. 212. n. 195.
In provincia Elisabethopol.

Genus: XYLETINUS. Latreille.

Spec: 195. *Pallens*. Stéven. Dej. Cat. p. 129. — Fald. F. E. T. III. p. 91.
In ligno et truncis sylvarum Armeniae montuosae.
Spec: 196. *Laticollis*. Megerle. Dft. F. A. III. p. 46. V.
In Umbellatis provinciae Karabagh.

Genus: ANOBIUM. Fabr.

Spec: 197. *Rufipes*. Fabr. S. El. I. p. 322. n. 4.
In domibus Caucasi et Transcaucasiae, quarum ligna destruit.
Spec: 198. *Excisum*. Mannerh. Bull. Soc. Mosq. T. XVI. p. 26. n. 5.
In ligno et domibus Caucasi et Transcaucasiae.

Genus: PTINUS. Linné.

Spec: 199. *Fur*. Linn. S. N. II. 566. 5. — Fabr. S. El. I. p. 325. n. 6.

In Caucaso et Transcaucasia.

Genus: GIBBIUM. Scopoli.

Spec: 209. *Scotias*. Fabr. Ent. S. I. 241. 12.

In Caucaso et Transcaucasia, imo Persia septentrionali.

CLAVICORNIA.

Genus: NECROPHORUS. Fabr.

Spec: 201. *Frontalis*. Fischer. Spicileg. Entomogr. Rossicae. Bull. Soc. Mosq. 1844. T. XVII. N. I. p. 138. n. 160.

Habitat sub cadaveribus Transcaucasiae, in Bucharia. Etiam a me observabatur in Bohemia meridionali (Pragae et in saltu bohemico).

Ater, nitidus, thorace punctulato, elytris punctatis, interstitiis aciculatis, margine reflexo, maculisque duabus elytri rubris.

Long: 0,028; lat: 0,0116.

Caput et *thorax* ut in *Necrophoro germanico* Fabr. Ast *elytra* basi non angustata, hinc parallela, macula ante medium rhomboidea et anteapicali semilunari processuque triangulari ex margine deflexo versus maculam mediam rubris ornata, costulis elytrorum punctatis et aciculatis minusque elevatis (quum in *N. germanico* costulae impunctatae elytraque tantum punctata appareant).

Spec: 202. *Humator*. Fabr. S. E. I. 333. 2.

Habitat in cadaveribus Iberiae et Armeniae.

Spec: 203. *Vestigator.* Illig. Mag. VI. p. 274.

Sepultor. Gyllh. Ins. S. IV. 308. 3—4.

Habitat sub cadaveribus Caucasi et Iberiae.

Genus: SILPHA. Linné.

(Oiceoptoma. Leach.)

Spec: 204. *Thoracica.* Linn. S. N. II. 571. 13. — — F. S. n. 452.

Habitat in sylvis Caucasi occidentalis.

Spec: 205. *Rugosa.* Linn. S. N. II. 571. p. 16. — F. S. n. 455.

In Caucaso et Transcaucasia.

Spec: 206. *Terminata.* Hummel. Ess. Ent. N. IV. p. 59. n. 2.

Sibirica. Eschsch. Gebler. Ledebour. Reise. III. p. 96. n. 10.

Subsinuata. Dej. Cat. p. 132.

In Transcaucasiae cadaveribus.

Spec: 207. *Sinuata.* Fabr. S. E. I. 341. 20.

In Cis- et Transcaucasia.

Spec: 208. *Quadripunctata.* Linn. S. N. II. 571. 14. — F. S. n. 453.

In sylvis Caucasi et Iberiae.

(Silpha. Leach.)

Spec: 209. *Carinata.* Illiger. K. Pr. 365. 11.

In nemoribus Transcaucasiae.

Var: 210. *Armeniaca.* Kolenati.

Minor, carina elytri media versus apicem recta, carinis lateralibus multo brevioribus, interstitiis crebrius punctatis.

Long: 0,013; lat: 0,0065.

Ex Armenia a D°. Fricke missa.

Spec: 211. *Obscura.* Linn. S. N. II. 572. 18. — F. S. n. 457.

In Cis- et Transcaucasia.

(Phosphuga. Leach.)

Spec: 212. *Nigrita.* Creutzer. Ent. Vers. I. p. 116. 8. T. 2. f. 20.

In sylvis ac nemoribus Caucasi et Iberiae.

Spec: 213. *Cribrata.* Falderm. F. E. T. I. p. 221. n. 204. tab. VII. f. 7.

In Transcaucasiae agris ad fluvium Cyrum.

Spec: 214. *Verrucosa.* Falderm. F. E. T. I. p. 222. n. 205.

In provinciae Elisabethopol arvis.

Genus: CATOPS. Fabr.

Spec: 215. *Nigricans.* Spence. Strm.

In cadaveribus Transcaucasiae.

Spec: 216. *Angustatus.* Fabr. S. E. II. 20. 23. (Cistela.) *Agilis.*Fabr. S. El. II. p. 565. 6.

In cadaveribus avium, provinciae Elisabethopol.

Spec: 217. *Fungicola.* Kolenati.

Castaneus, nitidus, pubescens, punctulatus, capite brunneo, antennis pedibusque testaceis.

Long: 0,0025; lat: 0,00133.

Habitat in Fungis sylvae montis Ssarijal, provinciae Elisabethopoleos.

Caput nigro-brunneum, nitidum, vix punctulatum; *thorax* luteus aut castaneus, pubescens, subtilissime punc-

*

tulatus; *elytra* convexa, castanea, nitida, postice coarctata, rotundata, punctulata; *scutellum* brunneum, punctulatum.

Genus: THYMALUS. Latreille.

Spec: 218. *Limbatus.* Fabr. S. El. I. p. 344. n. 4.
Habitat sub truncorum cortice, in sylvis prope Tiflis.

Genus: STRONGYLUS. Herbst.

Spec: 219. *Luteus.* Linn. S. N. ed. Gmel. I. iv. p. 1626. n. 81. — Fabr. S. El. I. p. 95. n. 12.
Habitat in Fungis et Boletis sylvarum Somchetiae.

Genus: NITIDULA. Fabr.

Spec: 220. *Quadripustulata.* Fabr. S. El. I. p. 348. 3.
Carnaria. Schall. Act. Hol. I. p. 257.
Incolit cadavera et ossa Caucasi et Transcaucasiae.

Spec: 221. *Obscura.* Fabr. S. El. I. p. 384. 4. — Erichs. Germ. Zeitch. IV. p. 275. 2.
Habitat cum praecedenti.

(MELIGETHES. Kirby.) Steph.

Spec: 222. *Rufipes.* Gyllh. Ins. Suec. I. 1. p. 235. n. 24.
Atrata. Olivier. Ent. II. 12. p. 18. 27. T. 4. f. 31. a. b.
Habitat in floribus provinciae Elisabethopol.

Spec: 223. *Pedicularia.* Linné. Faun. Sv. pag. 434. — Erichs. Germ. Zeitsch. IV. p. 228. 1.
In Caucaso.

Spec: 224. *Subrugosa.* Gyllh. Ins. Suec. I. 1. p. 236. n. 26.

In Caucaso et Transcaucasia.

Spec: 225. *Serripes.* Gyllh. Ins. Sv. I. pag. 23.

In Caucaso et Iberia.

Spec: 226. *Glaucii.* Kolenati.

Nigro-brunnea, subnitida, pubescens, punctulata, elytris luteis, basi nigro-brunneis, antennis pedibusque luteis.

Long: 0,002; lat: 0,0015.

Habitat in floribus Glaucii corniculati — provinciae Elisabethopol.

Caput nigrum, modice convexum, punctulatum; antennae et palpi lutei; *thorax* latior ac longus, convexus, rotundatus, nigro-brunneus, pubescens, crebre punctulatus; *elytra* lutea aut rufa, basi et circa scutellum nigro-brunnea, ad suturam et extus fusca, apice aeque lata ac in basi, ad latera paululum latiora, pubescentia, subtilissime crebre-punctulata; *scutellum* transversum, triangulare, postice rotundatum, punctulatum.

Spec: 227. *Breviuscula.* Kolenati.

Lutea, pubescens, subtilissime punctulata, oculis nigris, sutura et regione scutellari fuscescente.

Long: 0,002; lat: 0,0013.

Habitat in floribus provinciae Karabagh et Elisabethopol.

Caput planiusculum, sulculo utrinque obliquo in medio cervicis coalescente, fossulisque duabus in cervice obsoletis; *thorax* paulo latior ac longus, pubescens, subtilissime punctulatus, modice convexus, quadrangularis, angulis fere rectis, anticis deflexis; *scutellum* transversum, semilunare, sulculo medio longitudinali; *elytra* lutea, pubescentia, subtilissime punctulata, postice coarctata et rotundata; *antennae pedes*que testacei.

Genus: CERCUS. Latreille.

(BRACHYPTERUS. Kugellan.)

Spec: 228. *Quadratus.* Koy. Creutzer. Erichs. Germar. Zeitsch. IV. p. 230. 2. 1.

Habitat in floribus Astragali Caucasici in provincia Elisabethopol.

Genus: BYTURUS. Latr.

Spec: 229. *Tomentosus.* Fabr. S. El. I. p. 316. n. 22.

Var: *fumatus.* Fabr. S. El. I. p. 316. n. 21.

Habitat in floribus Taraxaci, Transcaucasiae.

Genus: ENGIS. Fabr.

Spec: 230. *Fasciata.* Kolenati.

Ferruginea, nitida, capite fasciaque elytrorum transversa nigris, elytris striato-punctatis.

Long: 0,0034; lat: 0,0014.

In vepreculis provinciae Karabagh, Transcaucasiae.

Caput nigrum, convexum, punctatum, pone antennas impressum, nitidum; antennis palpisque rufis; *thorax* rufus, convexus, subtilissime punctulatus, nitidus, aeque longus ac latus, quadrangularis, angulis fere rectis, anticis deflexis, margine postico obsolete bisinuato, in sinubus impressione profunda; *scutellum* semilunare, fusco-brunneum; *elytra* rufa, convexa, antice et postice angustiora, postice rotundata, striato-punctata, seriebus punctorum utrinque octo, pone scutellum fusca, fascia transversa lata media nigra; *abdomen pedes*que rufi.

Spec: 231. *Humeralis.* Fabr. E. S. II. p. 583. n. 2. — var. *b.* Gyllh.

In boletis Iuglandis, Transcaucasiae.

Genus: CRYPTOPHAGUS. Herbst.

Spec: 232. *Cellaris.* Linn. S. N. Gmel. I. iv. p. 1598. n. 50. — Fabr. S. El. I. p. 319. n. 40.

In muris, quisquiliis et sub foliis delapsis Caucasi et Transcaucasiae.

Spec: 233. *Fumatus.* Marsh. Ent. Br. I. p. 110. n. 12.
Cum Praecedenti.

Genus: ATOMARIA. Kirby.

Spec: 234. *Pusilla.* Payk. F. S. I. p. 295. 23.
Var: *Dorsalis.* Kirby.
Cum Praecedenti.

Spec: 235. *Atra.* Herbst. Col. V. p. 15. 5. t. 45. f. 5. e. E. *(Kateretes).*

In quisquiliis et sub foliis Transcaucasiae.

Spec: 236. *Morio.* Mannerheim.

Nigra, convexa, nitida, subpubescens, punctulata, antennis tibiisque testaceis, femoribus fuscis.

Long: 0,0013; lat: 0,0008.

Habitat sub foliis delapsis provinciae Karabagh.

Spec: 237. *Fasciata.* Kolenati.

Testacea, convexa, subnitida, pubescens, punctulata, fascia in elytris transversa fusco-brunnea.

Long: 0,0014; lat: 0,0009.

Habitat sub foliis delapsis provinciae Karabagh.

Caput utrinque impressum, subtilissime punctulatum, antennae testaceae; *thorax* aeque longus ac latus, punctulatus, quadrangularis, angulis anticis depressis; scutellum semilunare, punctulatum; *elytra* convexa, pubes-

centia, lutea, punctulata, antice et postice angustata, postice subacuminata, fascia transversa media fusca.

Genus: HYGROTHOPHILA. Chevr.

(Agaricophilus. Motsch.

Spec: 238. *Glabrata.* Kolenati.

Picea, nitida, glabra, laevis, valde convexa, ore antennis pedibusque testaceis, elytris postice fuscis.

Long: 0,001; lat: 0,0008.

Habitat in Agaricis et sub foliis delapsis putrescentibus provinciae Elisabethopol.

Caput et thorax rufo-picei, nitidissimi, *thorax* postice duplo latior quam caput, antice coarctatus; *elytra* thorace latiora, convexa, dimidio dilatata, picea, postice fusco-testacea.

Genus: PTILIUM. Schüppl.

(Trichopteryx. Kirby).

Spec: 239. *Pusillum.* Gyllh. F. Sv. I. 1. 189.

Evanescens. Marsh. Dej. Cat. p. 136. (Silpha.)

In quisquiliis et sub foliis delapsis Caucasi.

(Ptilium. Schüppel.)

Spec: 240. *Caucasicum.* Kolenati.

Nigro-fuscum, subpubescens, nitidum, depressum, latum, subtilissime punctulatum, pedibus testaceis, antennis testaceo-fuscescentibus.

Long: 0,0011; lat: 0,0005.

Habitat sub quisquiliis siccis in Caucaso et Iberia, frequens etiam in muris albis.

Caput nigrum, pubescens, subnitidum, postice punctulatum; antennae basi rufo-fuscae, medio rufae, apice

fuscae, pilosae; *thorax* convexus, latior ac longus, pubescens, punctulatus, antice coarctatus, angulis anticis deflexis, posticis supra humera protractis, acutis; *scutellum* semilunare punctulatum; *elytra* thorace paulo angustiora, postice truncato-rotundata, dense pubescentia et dense subtilissime punctata, nigro-picea, margine postico rufescente; alae nigrae; pedes rufo-testacei.

Spec: 133. *Sigma.* Wien. Ver. Boisd. G. et J. m. L. E. p. 106. n. 796.

Signum. Fabr. Ménétr. C. R. p. 266. n. 1271.

In Caucaso et Iberia.

Genus: AGROTIS. Ochs.

Spec: 134. *Aquilina.* Wien. Verz. Ménétr. C. R. p. 266. n. 1272.

In Caucaso et Iberia.

Genus: HELIOPHOBUS. Boisd.

Spec: 135. *Popularis.* Fabr. Boisd. G. et J. m. L. E. p. 112. n. 864.

Lolii. Esp. Ménétr. C. R. p. 266. n. 1273.

In Caucaso ad pagum Kasbek.

Tribus. XYLINIDES. Boisd.

Genus: CHARICLEA. Kirby.
(Heliothis. Ochs.)

Spec: 136. *Eversmanni.* Kolenati.
Vide: Tab. XVIII. fig. 3.

(In honorem Dni. Dris. et Professoris Universitatis Casani E. Eversmann, Lepidopterologi Rossici denominata.)

Albido-cana, thorace alisque superioribus roseis, margine alarum superiorum postico intus fusco, extus puniceo, alarum inferiorum fusco.

Long: corp. $5^1/_2$ lin.
Lat: alis expansis 1'' 1'''.

Habitat in provincia Transcaucasica Elisabethopol.

Caput puniceum, *antennae* filiformes, longitudine fere corporis, fuscae; *thorax* albido-roseus; *abdomen* albidum, *pedes* fusci, annulis albis. *Alae superiores* basi roseae, fasciis duabus vel tribus undatis fuscis, medio albido-luteae, maculis duabus ad marginem externum fuscis circulisque duobus post maculas nigro-punctatis, margine postico intus viridi, dein fusco, extus late puniceo, maculis coeruleis fasciaque subtilissima undulata nigro-punctata, macula adhuc cum margine fusco ad marginem internum coalita nigro-olivacea cum centro coeruleo, alae superiores subtus fuscae; *alae inferiores* albidae, venis obsolete et margine late fuscis, subtus totae albae.

Similis *Charicleae Delphinii.* L. Differt ab illa margine alarum superiorum postico puniceo et basi rosea margineque alarum inferiorum fusco. Similior *Anthophilae purpurinae.* Fabr. Differt ab illa fascia alarum superiorum marginali versus marginem internum multo latiori et profundioris coloris et fasciis tribus basalibus, quae in *purpurina* desunt. Simillima *Heliothidi purpurites.* Treitschke. Differt ab illa alis inferioribus corporeque albidis.

Tribus. PLUSIDES. Boisd.

Genus: PLUSIA. Ochs.

Spec: 137. *Chrysitis.* Linn. Ménétr. C. R. p. 266. n. 1278.

In Transcaucasia.

Spec: 138. *Gamma.* Linn. Ménétr. C. R. p. 266. n. 1279.

Habitat ubicumque in Cis- et Transcaucasia.

Tribus. ACONTIDES. Boisd.

Genus: ACONTIA. Ochs.

Spec: 139. *Solaris.* Wien. Verz. Ménétr. C. R. p. 266. n. 1274.

In Transcaucasia.

Spec: 140. *Luctuosa.* Wien. Verz. Ménétr. C. R. p. 266. n. 1275.

In Caucaso et Armenia.

Tribus. CATOCALIDES. Boisd.

Genus: CATOCALA. Ochs.

Spec: 141. *Elocata.* Esp. Ménétr. C. R. p. 265. n. 1267.

In Caucaso et provincia Talysch.

Spec: 142. *Electa.* Bork. Boisd. G. et J. m. L. E. p. 168. n. 1336.

In Somchetia.

Spec: 143. *Nymphaea.* Esp. Boisd. G. et J. m. L. E. p. 168. n. 1339.

In Iberia et Armenia.

Genus: OPHIUSA. Ochs.

Spec: 144. *Algira.* Linn. Boisd. G. et J. m. L. E. p. 170. n. 1363.

Triangularis. Hübn.

Habitat in provincia Elisabethopol.

Spec: 145. *Stolida.* Fabr. Boisd. G. et J. m. L. E. p. 170. n. 1365.

Cingularis. Hübn.

In Iberia et Armenia.

Tribus. NOCTUOPHALAENIDES. Boisd.

Genus: EUCLIDIA Ochs.

Spec: 146. *Caucasica.* Kolenati.

Vide: Tab. XVIII. fig. 4.

Griseo-fusca, alis superioribus fascia transversa lutea maculaque externa albido-grisea, nigro-cincta.

Long: corp. 7 lin.

Lat: alis expansis 1″ 3‴.

Habitat in Caucaso Lhesgico et Iberia.

Caput albido-griseum, *thorax* griseus, *antennae* griseae nigro-adspersae, filiformes longitudine fere corporis, pedes albido-grisei. *Alae superiores* intus griseae, extus griseo-fuscae, ad marginem griseae, in medio fascia lata transversa aureo-lutea et macula vel fascia ejusdem latitudinis a margine externo ad dimidium alae percurrente albido-grisea, omnibus nigro-cinctis; *alae inferiores* griseo-fuscae ad marginem late fuscae maculaque in grisedine fusca. Alae *subtus* albido-griseae, anteriores fasciis duabus, posticae una transversa fuscis.

Spec: 147. *Triquetra.* Fabr. Ménétr. C. R. p. 265. n. 1268.

In provincia Talysch.

Spec: 148. *Glyphica.* Linn. Ménétr. C. R. p. 265. n. 1269.

In tota Transcaucasia.

Genus: AGROPHILA. Boisd.

Spec: 149. *Sulphurea.* Hübner. Ménétr. C. R. p. 266. n. 1276.

In Armenia et provinciis Caspicis.

Tribus. GEOMETRAE. Auctorum.

Genus: URAPTERYX. Kirby.

Spec: 150. *Persicaria.* Boisd. G. et J. m. L. E. p. 182. n. 1434.

Persica. Ménétr. C. R. p. 267. n. 1286.

In Transcaucasia et ad Sareptam.

Spec: 151. *Crataegaria.* Hübn. Ménétr. C. R. p. 267. n. 1280.

Crataegata. Linn.

In Caucaso.

Genus: MACARIA. Curtis.

Spec: 152. *Lituraria.* Hübn. Ménétr. C. R. p. 267. n. 1281.

In Transcaucasia.

Spec: 153. *Signaria.* Hübn. Boisd. G. et J. m. L. E. p. 186. n. 1474.

In Caucaso.

Genus: FIDONIA. Boisd.

Spec: 154. *Piniaria.* Linn. Boisd. G. et J. m. L. E. p. 191. n. 1510.

Var: 155. *Iberaria.* Kolenati.

Sulphurea, subtilissime in alis sulphureis fusco-conspersa, in alis superioribus pone marginem posticum fasciis duabus fuscis interruptis.

Habitat in Iberia.

Spec: 156. *Atomaria.* Linn. Ménétr. C. R. p. 267. n. 1282.

In Caucaso et Iberia.

Genus: EUPISTERIA. Boisd.

Spec: 157. *Quinquaria.* Hübn. Boisd. G. et J. m. L. E. p. 192. n. 1519.

In Caucaso.

Genus: ASPILATES. Treitschke.

Spec: 158. *Calabraria.* Esp. Ménétr. C. R. p. 267. n. 1285.

In Transcaucasia.

Spec: 159. *Mundataria.* Cram. Boisd. G. et J. m. L. E. p. 188. n. 1495.

In Iberia et Armenia.

Genus: LARENTIA. Boisd.

Spec: 160. *Bilinearia.* Boisd. G. et J. m. L. E. p. 205. n. 1647.

Bilineata. Linn. Ménétr. C. R. p. 268. n. 1290.

In Transcaucasia.

Genus: ZERENE. Duponchel.

Spec: 161. *Ulmataria.* Hübn.
Ulmata. Ménétr. C. R. p. 268. n. 1287.
In Caucaso.

Genus: ACIDALIA. Boisd.

Spec: 162. *Ornataria.* Esp. Ménétr. C. R. p. 267. n. 1283.
In Transcaucasia.

Genus: STERNIA. Duponchel.

Spec: 163. *Clathraria.* Hübn. Boisd. G. et J. m. L. E. p. 228. n. 1919.
Clathrata. Linn. Ménétr. C. R. p. 268. n. 2289.
In Transcaucasia.

Genus: ODEZIA. Boisd.

Spec: 164. *Chaerophyllaria.* Boisd. G. et J. m. L. p. 229. n. 1933.
Chaerophyllata. Linn. Ménétr. C. R. p. 268. n. 1288.
In Transcaucasia.

Tribus. PYRALITES. Godart.

Genus: AGLOSSA. Latr.

Spec: 165. *Pinguinalis.* Linn. God. Hist. Nat. des Lep. T. V. 2. p. 63. pl. 3. f. 6.
In Cis- et Transcaucasia.

Genus: BOTYS. Latr.

Spec: 166. *Urticalis.* Linn. God. Hist. Nat. des Lep. T. V. 2. p. 107. pl. 6. fig. 3.

In Caucaso.

Spec: 167. *Verticalis.* Linn. Ménétr. C. R. p. 268. n. 1291.

In Caucaso et Transcaucasia.

Genus: ASOPIA. Treitschke.

Spec: 168. *Farinalis.* Linn. God. H. N. d. L. T. V. 2. p. 193. pl. 223. f. 1.

In Cis- et Transcaucasia.

Genus: ENNYCHIA. Treitschke.

Spec: 169. *Fascialis.* Hübn. God. Hist. N. d. L. T. V. 2. p. 247. pl. 226. f. 3.

In provincia Elisabethopol.

Tribus. PLATYOMIDAE. Godart.

Genus: CARPOCAPSA. Treitschke.

Spec: 170. *Arcuana.* Fabr. God. H. N. d. L. T. VI. p. 257. pl. 248. f. 6.

In Iberia frequens.

Tribus. CRAMBITES. Godart.

Genus: ILYTHIA. Latreille. Godart.

(*Pyralis.* Wien. Verz. Illig. Goetze. *Phalaena.* Fabr.

Scopoli. *Crambus.* Fab. *Tinea.* Fabr. Wien. Verz. Hübn. Devill. *Phycis.* Treitschke. *Phycita.* Curtis. *Oncocera.* Stephens.

Spec: 171. *Vinetella.* Fabr. E. S. III. 2. 294. 20.
» Hübn. Tab. 6. f. 42. ♂. — Devill. Ent. linn. IV. p. 536.
» Treitschke. T. 9. 1-ère part. p. 151. n. 10.
» » Suppl. X. 3. 171.
» Godart. H. N. de L. T. VII. p. 154. pl. 276. f. 6.

Destruit vitis acinos in Transcaucasia.

Genus: PHYCIS. Fabr. Godart.

Spec: 172. *Alpigenella.* Boisd. God. H. N. d. L. VII. p. 208. pl. 280. f. 7.

In provincia Elisabethopol.

Genus: GALLERIA. Fabr. God.

(*Tinea.* Linn. Verz. Wien. Fab. Illig. Schrank. etc. *Geometra.* Linn. *Lithosia.* Fabr. *Crambus.* Fabr. *Ilythia.* Curtis. Stephens. *Galleria.* Latr. Treitsch. Curtis. Steph. *Melia.* Curtis. Steph.)

Spec: 173. *Cerella.* Fabr. E. S. III. 2. 287. 2.
» God. Hist. N. d. L. VII. p. 255. pl. 282. f. 5.
» Hübn. tab. 4. f. 25. ♂.
» Treitsch. t. 9. 1-re part. p. 51. n. 4.
Mellonella. ♀. Linn. F. S. ed. 2. n. 1383.
» Wien. Verz. Illig. Fuessly. Schrank.

Mellonella. Götze. Fabr. E. S. III. 2. 305. 79.
» Linn. S. N. ed. 12. p. 888. n. 375.
» Devill. Ent. linn. t. II. p. 417.
Grisella. Fabr. E. S. III. 2. 289. 10.
Cereana. ♂. Linn. S. N. ed. 12. p. 874. n. 282.
» Fabr. Suppl. 462. I.
» Latr. Gen. Crust. et J. t. IV. 231. 1.
» Curtis. G. 984. p. 177.
» Stephens. H. 321. p. 213.
» Walcken. Faun. paris. t. II. p. 310. n. 1.
» Rösel. Ins. III. Th. tab. XXXXI. f. 1—6. S. 242.
» Réaumur. tom. III. VIII. Mém. pl. XIX. f. 10—15.

Apiaria destruit. Anno 1844 devastator in colonia Elisabeththal, Somchetiae.

Genus: AEDIA. Godart.

Spec: 174. *Coenobitella.* Hübn. God. Hist. N. d. L. VII. p. 315. pl. 285. fig. 6.
Curtisella. Steph.

In Iberia et Armenia.

Genus: YPONOMEUTA. Latr.

Spec: 175. *Evonymella.* Linn. God. H. N. d. L. VII. p. 326. pl. 286. f. 1.

In Transcaucasia et Caucasi declivitate septemtrionali.

Spec: 176. *Padella.* Linn. God. Hist. N. d. L. VII. p. 333. pl. 286. f. 3.

In Caucaso.

Genus: CHALYBE. Godart.

(Yponomeuta. Treitschke.)

Spec: 177. *Chrysopygella.* Kolenati.

Vide: Tab. XVIII. fig. 5.

Nigra, ano tibiisque posticis aurantiacis, alis superioribus nigris, nitidis, maculis quatuor atris.

Long: corp. 3 lin.

Lat: alis expansis: $6^1/_2$ lin.

Habitat in provincia Karabagh.

Similis *Ch. Pyraustellae.* Pallas. God. VII. pl. 284. f. 7. Differt macula quarta alarum anticarum retro tertiam ad basin alae posita, maculisque quadrangularibus et alis anticis numquam coeruleo-nitidis et corpore graciliori.

Genus: TINEA. Linné.

Spec: 178. *Granella.* Linn. God. H. N. d. L. p. 113. pl. 289. f. 10—14.

In Transcaucasia.

Spec: 179. *Pellionella.* Linn. God. H. N. d. L. VIII. p. 98. pl. 289. f. 1.

In Transcaucasia.

Spec: 180. *Dariella.* Kolenati.

Albido-argentea, nitidissima, argenteo-fimbriata, alis anticis fasciis duabus transversis obliquis aurantiacis aut luteis.

Long: corp. 2 lin.

Lat: alis expansis 5 lin.

Habitat in Caucaso ad portam Darijelam.

Genus: ADELA. Latr.

Spec: 181. *Degeerella.* Linn. God. H. N. d. L. VIII. p. 360. pl. 300. f. 1 et 2.

In Iberia et Armenia.

Spec: 182. *Adamantella.* Kolenati.

Vide: Tab: XVIII. fig. 6.

Nigro-aenea, antennis basi incrassatis, atris, apice albis. alis cupreo-nitidis, nigro-fimbriatis, anteriorum apice in cupredine splendidissima macula coerulea.

Long: corp. 3 lin.

Lat: alis expansis: 6 lin.

Habitat in Iberia.

Similis *Cuprellae.* Fabr. Differt macula coerulea in cupredine. Similior *Schiffermullerellae.* W. V. God. Differt ab illa deficiente fascia transversa fusca in alis anticis et praesentia maculae coeruleae in cupredine splendidissima.

Genus: GRACILLARIA. Haworth.

Spec: 183. *Coracipenella.* Hübn. God. H. N. d. L. VIII. p. 584. pl. 311. f. 2 et 3.

In Iberia.

Tribus. PTEROPHORITES. Godart.

Genus: PTEROPHORUS. Geoffr.

Spec: 184. *Pentadactylus.* Linn. Ménétr. C. R. p. 268. n. 1292.

In Cis- et Transcaucasia.

Ordo: NEUROPTERA.

(SYNISTATA. Fabr. DICTYOPTERA. Clairv.)

Fam. PANORPINA.

(Planipennes. Latr.)

Genus: BOREUS. Latr.

Spec: 1. *Hyemalis.* Linn. S. N. II. 914.
» Kolenati. Bull. phys. math. Imp. Acad. Petropol. T. V. N. 4. pag. 49—61. fig. 1 — 13. a — o.

In Caucaso centrali ad regiones glaciales montis Kasbek.

Fam. SUBULICORNES. Latr.

Genus: LIBELLULA. Linn.

Spec: 2. *Quadrimaculata.* Linn. S. N. II. p. 901.
» Charp. Libell. Europ. p. 60 tab. 3.
» Selys Longchamps. Mon. Libell. p. 32. n. 1.

Habitat ad lacum alpinum sic dictum Bollochghöll territorii Airum, provinciae Transcaucasicae Elisabethopol, in monte Kaepesdagh.

Genus: AESCHNA. Fabr.

Spec: 3. *Picta.* Charp. Libell. Europ. p. 112. n. 27. tab. 20.

Var: *Caucasica.* mihi. *)

Margine alarum anticarum sive posticarum basique late lutea, *membranula* accessoria fusca, *nodo* nigrescente, *appendices* basi tenues ad medium intus dilatati.

Habitat ad lacum Balloch-ghöll montis Kaepes-dagh.

Spec: 4. *Charpentieri.* Kolenati.

Magna, atra, alitrunco vittis luteis, abdomine maculis magnis flavissimis.

Long: corporis 0,07; lat: alis expansis: 0,1.

Caput transverso-globosum, *oculis* tantum angulo acuto connatis, *fronte* latiuscula, valde prominente, flava, vertice excavato. *Labium labrum*que flavum, *mandibulae* nigro-piceae ad labri latera paululum exstantes, margine antico labri obsolete exciso, margine laterali labii profunde exciso, flavido-ciliato. *Rhinarium* nigrum. *Frons* prominens, per lineam elevatam fuscam a vertice separata, flava, *vertex* excavatus, flavus. *Oculi* viridi-fusci. *Cuneus* flavus, pilosus. *Tempora* flava, glabra. *Truncus, alae* et *pedes* uti in *Aeschna lunulata.* Charp. Libell. Europ. p. 118. 30. t. 26. *Abdominis* autem *segmentum primum* magna ex parte flavum, ad margines fuscum, *secundum* flavum, margine antico et fascia an-

---

*) Forsan pluribus conspectis individuis distincta erit species.

te-marginali postica fuscis, *segmentum tertium* et *sequentia* usque ad octavum habent cingulum magnum medium et ante marginem posticum tenuissimum flavum carina dorsali non interruptum, *nonum et decimum* cingulo simplici flavo est instructum. *Venter* fusco-niger. *Appendices* atri, basi latiores, versus apicem sensim angustati.

Habitat in paludosis ad fluvium Cyrum, Transcaucasiae.

(In honorem Dni. T. Charpentier, Libellulinarum Europae Monographi denominata.)

Genus: AGRION. Fabr.

Subgenus: Puella. Brullé.

Spec: 5. *Irina.* Brullé. Exp. Moreae. Sect. phys. Tom. III. 1-ère. Part. pag. 105. pl. 32. f. 7.

In humidis locis ad fluvium Cyrum, provinciae Elisabethopol, etiam ad lacum Balloch-ghöll montis Kaepes-Dagh, Transcaucasiae.

Fam. TERMITINA. Mac Leay.

Genus: MYRMELEON. Fabr.

Spec: 6. *Nordmanni.* Kolenati.

(In honorem Dni. Professoris ac Doctoris Odessae, Nordmann, denominatum.)

Pallidum, luteum, vittis tribus nigris, alis ovatis, albidis, fasciis maculisque fuscis, antennis pedibusque nigro-fuscis.

Long: corporis 0,04, alarum 0,05 vel 0,06.
Latitudo transversa alarum: 0,017; alis expansis: 0,115

Magnitudo fere M. *Libelluloidis.* *) Rossi. Albido-cinereo villosum. *Caput* inter oculos ante et post antennas fascia transversa fusca, *antennae* nigrae, basi et in circumferentia baseos tenuissime flavae, *labrum* et *labium* flavum, *maxillae* piceae, *palpi* nigri; *thorax* flavus, fascia a cervice longitudinali maculaque laterali fusco-nigra; *pedes* nigro-fusci, hispidi, tarsis nigris; *alae* in quietudine marginibus posticis sese invicem tangentes, tectiformes, albido-hyalinae, apice fusco-reticulatae, nervis subcostalibus luteo-fuscis, venis basalibus luteis; *anteriores* maculis duabus rhomboideis mediis, duabus angulatis anteapicalibus, duabusque apicalibus, pluribus in area marginis antici, sectoris medii marginisque postici inaequalibus minoribus, fuscis; *posteriores* macula oblonga transversa media, tribus anteapicalibus pluribusque marginalibus intensius, fuscis, basalibus tribus magnitudine decrescentibus nigro-fuscis; *abdomen* lineari-cylindricum vittis tribus longitudinalibus *ventre*que fuscis; segmentis ultimis tribus margine postico luteo, basi fuscis, segmentum secundum subtus apice semper macula cruciata flava ornatum, maris *appendices* longi, lutei, nigro-hispidi, basi arcuati.

Similis M. *Percheronii.* Guer. Iconogr. du Régn. Animal de Cuv. Ins. pl. 62. fig. 1 et Griffith. pl. 127. f. 1. Differt nostrum antennis pedibusque nigro-fuscis et fasciis in alis transversis nullis. Dignoscitur praeterea nostra species a M. *specioso.* Linn. antennis basi testaceis, abdomine fusco-lineato et maculis alarum mediis majoribus; a M. *papilionoides.* Klug. Symb, Phys. Dec. IV. pl. XXXV. f. 2. antennis pedibusque nigro-fuscis et absentia vittarum in alis; a M. *libelluloides.* Linn. Drury. Tom. I. tab. 46. fig. 1. pedibus nigro-fuscis et maculis alarum crebrioribus.

---

*) Verosimiliter M. *Libelluloides.* Esp. Moreae. Brullei nostrae speciei accomodanda. Kolenati.

Habitat in declivibus herbidis simulque aridis provinciae trans Caucasum sitae Elisabethopol, ad pedem montis Ssarijal et Gaendscha - Dagh. Volatus brevis ac interruptus. Hinc facillimum captu herbis aut inter herbas solo arido insidens. Volitans pulcherrimum adspectu.

Spec: 7. *Georgianum.* Fischer. Entom. de la Russie. T. I. pag. 43. 1. Nevropt. Tab. I. f. 1.

Nigrum albo-villosum, alis lanceolatis, albido-hyalinis stigmate flavo, intus et extus nigro, nervis nigro-luteoque variegatis, antennis nigris, pedibus fusco-testaceis.

Long: corporis: 0,05; alarum: 0,055.

Lat: transversa alarum: 0,012; alis anterioribus expansis: 0,11; posterioribus: 0,094.

Magnitudo fere M. *Americani.* Drury. App. vol. 2. Illustr. Vol. I. pl. XLVI. fig. 4; statura M. *Formicalynx.* Linn. De Geer. III. pl. 27. fig. 8. Rösel. III. tab. XXI. fig. 2. et *Myrmeleonis Pisani.* Rossi. Panz. Latreille. *Caput* inter antennas testaceum longe albido - villosum, *antennae* totae nigrae thorace vix breviores, *labrum labium*que testaceum, *mandibulae* luteae, *palpi* fusci, capitis *vertex* niger, nigro-villosus, pone oculos macula obsolete testacea, *thorax* totus dense albido-villosus, testaceus, vitta media longitudinali nigra, per lineolam subtilissimam luteam longitudinalem bipartita, lineolis duabus longitudinalibus utrinque anticis et transversis posticis nigris, subtus densissime albido-villosus, *pedes* fusco - testacei, albido - villosi, *tibiae* anticae et intermediae annulis nigris, *tarsi* nigri; *alae* insecti quieti contortae et decussatae abdomen involventes, lanceolatae, plumbeo-hyalinae, nervis alarum anticarum omnibus nigroluteoque variegatis, posticarum tantum sectoribus; *abdo-*

men lineari-cylindricum basi subtus et ad latera circa stigmata albido-villosum, nigrum, segmentorum margine postico plus minusve luteo; *appendices* breves, extus nigri, intus et apice lutei, nigro-pilosi apice supra pilis albidis.

Bis a me inventum trunco Mori insidens prope urbem Elisabethopol, Transcaucasiae. Secundum Tauscher et Fischer a Waldheim etiam in provinciis Caspicis.

Spec: 8. *Plumbeus.* Oliv. Encycl. méth. tom. VIII. p. 126. n. 28.
» Brullé. Exp. Mor. Tom. III. p. 276. n. 557. Pl. XXXII. fig. 1.

Habitat in Armeniae desertis.

Spec: 9. *Laetus.* Klug. Symb. Phys. Dec. IV. pl. XXXVI. fig. 4.

Habitat in desertis Iberiae et totius Transcaucasiae usque ad confinia Persiae, frequentissimum.

Genus: ASCALAPHUS. Fabr.

Spec: 10. *Oculatus.* *) Brullé. Exp. Mor. Tom. III. p. 276. n. 558. Pl. XXXII. fig. 2.

Niger, *nigro-pubescens; femoribus* apice, tibiis, excepto apice, et maculis in *thorace* feminae sulphureis; *alis* sulphureis, *anterioribus* basi solum haud diaphanis, maculis duabus fuliginosis, quarum prima rotundata, notatis; *posterioribus* maculis duabus latis, nigro-fuscis, macula apicis notam rotundam, oculi instar, sulphuream cingente.

Long: corp: 0,018, alarum 0,022.

Lat: alis expansis 0,045, summa alae 0,007.

---

*) Distinctam esse speciem censeo, nam nec ullum specimen Ascalopho longicorni congruum inveni. Kolenati.

Habitat in desertis aridis provinciae Elisabethopol et Karabagh, volitans pulcherrimus adspectu.

Spec: 11. *Hamatus.* Klug. Symb. Phys. Dec. IV. pl. XXXVI. fig. 10.

Niger, cinereo-villosus, thorace maculis, abdomine segmentis apice flavis, appendicibus elongatis, flexuosis, subtus appendiculatis flavis, nigro-villosis, alis basi stigmateque flavis.

Caput flavum, antice albo-villosum, macula magna sub antennis nigra. *Antennae* fuscae, basi flavae, articulis ante clavam apice flavis, clava compressa nigra, basi flava. *Thorax* flavo-maculatus. *Pedes* flavi, *tarsis* nigricantibus. *Alae* corpore longiores, elongatae, hyalinae, nervis plerumque nigris reticulatae, basi flavae, stigmate flavo. *Abdomen* fuscum, segmentis apice flavis. Segmentum penultimum fornicatum ultimum transversum, apice emarginatum, appendicibus longioribus, flexuosis, medio geniculatis, subtus appendice stiliformi instructum, apice incrassato, nigro-villoso.

Long: corporis: 0,025; alae 0,028.
Lat: alis expansis 0,06, alae 0,008.

Habitat rarior in vepreculis provinciae Elisabethopol et Karabagh, Transcaucasiae.

Fam. MEGALOPTERA. Mac Leay.

Genus: PERLA. Geoffroy.

Subgen: Perla. Pictet. Semblis. Fabr.

Spec: 12. *Caucasica.* Guérin in Pictet Histoire Naturelle des Insectes Névroptères. 6. Livr.

1841. p. 206. 2. Livr. pl. 17. fig. 4.

Lutea, lurida, aureo-pubescens, thorace quadrato fusco-marginato, capite lato, antennis corpore brevioribus, abdomine valido, setis duabus multiarticulatis instructo.

Long: corp: 0,013, cum setis: 0,022, cum alis: 0,024.

Lat: cap: 0,004, thor: 0,003, summa alae: 0,006.

Caput thorace latius, depressum, planum *oculis* nigris, *ocellis* fusco-nigris, pone ocellos posteriores macula lutea; *antennae* luridae-fuscae, tenuissime pubescentes; *palpi* testaceae aureo-pubescentes; *thorax* quadratus, angulis subrotundis anticis acutis, luridus, tenuissime pubescens, margine impresso fusco, sulco medio longitudinali et impressionibus lateralibus inaequalibus; *pedes* validi, compressi, luridi, aureo-pubescentes, *tibiae* sulcatae; *abdomen* testaceum aureo-pubescens; *setae* caudales dense aureo-pubescentes, infra pilis singularibus longioribus instructae; *alae* livido-albidae, diaphanae, fusco-nervosae.

Similis P. *pallidae* Guér. Icon. du Régne Animal. Ins. pl. 63. fig. 5. Differt pedibus crassis et pube aurea.

Habitat ad torrentem Terekium, Kubanium Caucasi; etiam ad lacum Sullü-ghöll montis Kaepes-Dagh in provincia Persiae confini Karabagh.

Ordo: HYMENOPTERA.

(PIEZATA. Fabr. PHLEBOPTERA. Clairv.)

Fam. MUTILLIDAE. Latr.

Genus: MUTILLA. Linn. Fabr.

(Sphex. Deg. Apis. Christius.)

Abdomen petiolo nullo distincto, oculi (maris) *emarginati.*

Spec: 1. *Caucasica.* Kolenati.

Rufa, abdomine nigro, segmento basali et tertio albis, secundo fascia apicali alba. Fem.)

Longitudo: 0,009 vel 0,010.

Latitudo capitis: $2^1/_4$, thor: $1^3/_4$, abdom: $2^1/_2$ Millimeter.

Caput rufum, thorace multo latius, sparsim longe fusco-pilosum, crebre punctatum; *antennae* rufae; *thorax* parum elongatus, oblongo-quadrangularis, convexus, crebre punctato-rugosus, rufus, subtus niger, sparsim longe fusco-pilosus; *abdomen* nigrum, holosericeum, sparsim longe albo-pilosum, *segmento primo* fere integro dense

albo-tomentoso, basi tantum fusco-nigro, *secundo* nigro apice fascia ad latera angustiori albo-tomentosa, *tertio* toto albo, *reliquis* nigris apice albo-pilosis; *pedes* rufi sparsim albido-pilosi.

Similis M. *Regali*. Fabr. *) Differt nostra capite rufo et fascia segmenti secundi valde angustiori, non bisinuata, segmentis reliquis apice albo-fimbriatis; caeterum multo major.

Habitat in locis aridis, arenosis, porphyraceis, trachyticis Caucasi.

Spec: 2. *Iberica*. Kolenati.

Nigra, thoracis disco antennarumque plus quam dimidio rufo, abdominis segmentis apice late albo-fimbriatis. (Fem.)

Longitudo: 0,012.

Latitudo capitis: 0,003; thor: $2^1/_2$; abdom: $3^3/_4$ Millimeter.

Caput nigrum, thorace paulo latius, sparsim luteo-pilosum, profunde crebre punctatum; *antennae* rufae, basi nigrae; *thorax* parum elongatus, oblongo-quadrangularis, subplanus, scaber, niger, disco toto rufo, sparsim piloso, lateribus longe luteo-pilosis; *abdomen* punctatum, nigrum, sparsim nigro-pilosum, segmentis apice albo-fasciatis, fasciis longe albo-pilosis; *pedes* nigri *tibiis tarsis*que brunneis alboque pilosis.

Similis M. *Bifasciatae*. Klug. **) (e Syria allatae). Differt nostra

---

*) Fabr. Syst. Piez. 435. 34. — Ahrens. Faun. Ins. Europ. Fasc. I. tab. 18.

**) *Symbolae Physicae* seu Icones et Descriptiones Insectorum, quae ex itinere per Africam Borealem et Asiam occidentalem Friderici Guilelmi Hemprich et Christiani Godofredi Ehrenberg Studio novae aut illustratae ediderunt. Percensuit Dr. F. *Klug*. Edidit Dr.

thoracis disco subtilissime nigro-marginato fasciisque abdominis subtilioribus quinque albis, caeterum major. Differt praeterea a M. *ferruginata.* Westw. *) (e Nova Hollandia allata) thorace antice et postice aequali, ad latera non latiori, antennis basi nigris, abdominis segmentis omnibus apice albo-fasciatis, pedibusque nigris.

Habitat in vepreculis et declivibus arenosis, trachyticis, aridis Iberiae, prope urbem Tiflis. Occurrit etiam in provincia Transcaucasica Elisabethopol ad fluvium Cyrum et Gaendscha-tschai.

Spec: 3. *Armeniaca.* Kolenati.

Atra, capite, thoracis disco, maculis abdominis duabus rotundatis, lateralibus quadratis, albis, ventre intermedio argenteo-ciliato, subtilissime albo-fasciato. (Fem.)

Longitudo: 0,011 vel 0,012.

Latitudo capitis: 0,002; thor: $2^1/_2$; abdom: $3^2/_3$; vel 4 Millim.

Corpus tomentosum, atrum; *caput* thorace angustius, supra tomento argenteo tectum, ad latera et cervicem longe nigro-pilosum, pilis longis erectis; *antennae* piceae; *thorax* niger, antice latior, pyriformis, compressus, convexus, punctatus, dorso tomento argenteo tectus, ad latera longe nigro-pilosus; *abdomen* supra dense atro-tomentosum, holosericeum, subtus nitidum, punctatum, *segmento primo* supra argenteo, *secundo* macula basali rotunda et majori utrinque laterali apicali quadrata antice distincte sinuata, alba argenteo-tomentosa, *tertio*

C. G. Ehrenberg. Decas prima. Berolini. 1829. No. 19. Tab. V. fig. 5.

*) *Arcana Entomologica* or Illustrations of New, Rare, and Interesting Insects. By J. O. *Westwood.* London. 1843—1845. Vol. II pl. 53. fig. 4. pag. 18.

immaculato, *quarto* et *quinto* macula dorsali communi dense argenteo-tomentosa; *segmento primo* toto, *secundo* ante maculas laterales longe nigro-piloso, pilis lateralibus longioribus, *segmento* praeterea *secundo* ad latera albo-piloso, *reliquis* cum pilis longis lateralibus albis nigrisque immixtis; *segmentorum ventralium secundo, tertio* ac *quarto* apice subtilissime albo-fasciato; *pedes* nigri, argenteo-pilosi.

Simillima M. *Arenariae.* Fabricii.*) Differt nostra capitis et thoracis disco argenteo, segmenti abdominalis secundi maculis lateralibus transverse quadratis, antice sinuatis, caeterum major.

Habitat in vepreculis et desertis aridis provinciarum trans Caucasum sitarum Elisabethopol, Karabagh, in Armenia et in confinio Persiae.

Spec: 4. *Caspica.* Kolenati.

Atra, capite, thoracis disco fasciaque lata transversa media subdentata alba, infra tota cum pedibus atra. (Fem.)

Longitudo: 0,012.

Latitudo capitis: 0,0025; thor: 0,0034; abdom: 0,0043.

Corpus tomentosum, atrum; *caput* thorace angustius, supra totum argenteo-tomentosum, infra totum cum ore nigrum, nigro-pilosum; *antennae* atrae; *thorax* fere quadratus, convexus ad latera et pectus compressus, disco convexo, postice paulo angustiori, angulis rotundatis, supra dense argenteo-villosus et albo-pilosus, infra et ad

---

*) *Klug.* Symbolae physicae. Decas. I. No. 20. Tab. V. fig. 6. *Fabr.* Ent. Syst. emend. Tom. II. p. 370. n. 16 *Coqueb.* Illustr. iconogr. insect. Dec. II. p. 66. Tab. XVI. fig. 3.

latera ater et longe nigro - pilosus, pilis divergentibus; *abdomen* dense atro - tomentosum et pilis longis erectis obsitum, holosericeum, subtus profunde punctato - rugosum, subnitidum, supra fascia transversa argenteo-villosa et albido - pilosa latitudine totius segmenti tertii in margine antico pone medium bis sinuata; *pedes* atri, nigro - pilosi.

Similis M. *Ornatae*. Klug.*) Differt nostra magnitudine, absentia maculae ante fasciam albae, segmento quarto et quinto absque ciliis albis, sed cum pedibus atris.

Habitat in desertis arenosis aridis provinciarum Caspicarum.

---

*) Symb. Phys. Dec. I. pl. V. fig. 8.

Ordo: APHANIPTERA. Kirby.

(Ab ἀ privativo et φαινω, ostendo, ἀφανης, obscurus et πτερὸν, ου, ala.)

(Suctoria. De Geer, Siphanoptera. Latr.)

Genus: PULEX. Linn.

Spec: nova: *Pulex Hyaenae*. Kolenati.

Vide: Tab. XIX. f. 1. a. ♂. b. ♀. c. Magnit. ♂. d. ♀. naturalis.

Rostro brevi, capite breviore illo cum capite et thorace rufo-piceis, abdomine albo, fascia in dorso cujuslibet segmenti transversa rufo-picea et in ventre breviori fusca, antennis pedibusque rufis.

Maris longitudo: 0,004 vel 0,005.

Foeminae longitudo: 0,007; vel 0,009; latit: abdom: 0,002 vel 0,003.

Triginta exemplaria a me in *Hyaena*, Transcaucasiae ad Elisabethopolin collecta sunt.

Caput rufo-piceum nitidum, impunctatum, oculis fuscis aut nigris, *antennis* triarticulatis, fusco-testaceis, articulo ultimo oblongo-ovali; *prothorax* cum mesothorace rufus fasciis duabus transversis luteis sibi approximatis;

metathorax piceus, antice punctis sex vel septem profundis impressis, retro punctos serie ciliarum brevissimarum in serie transversa punctorum impressorum, retro cilias fascia transversa lutea, thoracis pars lateralis spinis longioribus retrorsum vergentibus, inferior tota rufa, glabra; *abdomen* album, segmentis octo, dorso in quolibet segmento lamina transversa, rufo-picea, cornea, serie transversa punctorum impressorum et in illis spinularum retrorsum vergentium, adpressarum, instructa, stigmate ad latera cujuslibet laminae et margine postico luteo; *venter* in quolibet segmento utrinque lamina brevi fusco-rufa spinulis seriatim consita ornatus; *hypopygium* laminis tribus corneis, superiori luteo-ciliata, lateralibus tribus aut quatuor spinulis instructa; *rostellum* capite fere brevius, fusco-piceum, annulis subtilissimis albidis; *pedes* rufi; *trochanteres* extus profunde serie duppla punctati, marginibus et parte inferiori spinulosis; *femora* margine superiori et inferiori serie una ciliarum longarum in punctis impressis, apice spina incurvata; *tibiae* extus dentibus novem intus tribus, utrinque spinis validis nigro-piceis sursum vergentibus armatae; *tarsi* spinulosi articulis quinque, articulo basali et apicali reliquis duplo longiori.

Ordo: ANOPLURA. Leach.

(ab ἀ privativo, interposito ν et ὅπλον, ου, scutum; hinc potius Anhoplura.)

(Aptera. Linn. Antliata. Fabr. Rhophotera. Clairv.)

Subordo: I. HAUSTELLATA. Leach.

Fam. PEDICULIDAE. Leach.

Genus: PHTHIRIUS. Leach.

(Denny. Monogr. pag. 8.)

(a φϑειϱιάω, corrumpere.)

Spec: 1. *Inguinalis.* Die Filzlaus. Redi. Experienze intorno alla generazione degl' Insetti. 1686.

» Denny. Monogr. Anoplur. Britt. p. 9. Plate. XXV. f. 3.

Pubis. Linn. Syst. Nat. II. pag. 1017.

Frequentissimus etiam in gentibus Asiae, inprimis Christianis; rarior in Mahommedanis, quia regionem pubis auripigmento cum calce viva mixto et aqua humectato (sic dicto Sirnach et Gaetsch) pilis denudant.

Genus: PEDICULUS. Linn.

(Denny. pag. 12.)

Spec: 2. *Capitis.* Die Kopflaus. Nitzsch. Germ. Mag. III. 305.
» Denny. Mon. p. 13. 1. Pl. XXVI. f. 2.
Humanus. var. 1. Linn. Syst. N. II. p. 1016.
Cervicalis. Leach. Edin. Encycl. IX. p. 77.

Rarior in viris gentium Mahommedanicarum ob caput crinibus denudatum, eo frequentior autem in feminis ac infantibus.

Spec: 3. *Vestimenti.* Die Kleiderlaus. Nitzsch. Germ. Mag. Tom. III. p. 305.
» Denny. Mon. p. 16. Pl. XXVI. f. 1.
Humanus. var. 2. Linn. Syst. Nat. II. p. 1016.

Frequentissimus in gentibus Asiae minoris et Caucasi, quia vestimenta rarius mutant atque purgant.

Genus: HAEMATOPINUS. Leach.

(Denny. Mon. pag. 24.)

(Ab *αἵμα, τος,* sanguis et *ὤψ, πος* adspectus, oculus.)

Spec: 4. *Spiniger.* Burm. Genera Insectorum. Ord. Rhyn. sp. 9. f. 5.
» Denny. Mon. Anopl. Britt. p. 27. 3. pl. XXIV. f. 6.

Habitat in *Hypudaeo amphibio* et *laguro*, in Caucaso et trans Caucasum.

Spec: 5. *Lyriocephalus.* Die Hasenlaus. Burm. Gen. Ins. Ord. Rhyn. sp. 11.
» Denny. Mon. Anopl. B. p. 27. n. 4. pl. XXIV. f. 4.

Observatus in *Lepore timido* et *caspio*, Caucasi et Transcaucasiae.

Spec: 6. *Piliferus*. Die Hundslaus. Burm. Gen. Ins. Ord. Rhyn. sp. 13.

» Denny. Mon. Anopl. B. p. 28. n. 5. pl. XXV. f. 4.

Canis. Fabr. Faun. Groenl. 1780. pag. 215. n. 183.

In *Cane familiari* et *aureo* Transcaucasiae collectus.

Spec: 7. *Asini*. Linn. Syst. Nat. II. p. 1018. 12.

» Denny. Mon. Anopl. B. p. 32. n. 9. pl. XXV. f. 1.

Macrocephalus. Burm. Gen. Ins. Ord. Rhyn. sp. 18.

Non infrequens in *Asinis* Transcaucasiae, imprimis senilibus.

Subordo II. Mallophaga vel Mandibulata. Leach.

Fam. PHILOPTERIDAE. Burm.

Genus: PHILOPTERUS. Nitzsch.

(A *φιλος*, *ου*, amicus et *πτερὸν*, *ου*, pluma.)

Character: Caput depressum, horizontale, antice declive; *mandibulae* paululum angulatae, in duos dentes terminatae; *labrum* basi dilatatum, liberum, inflatum, marginibus liberis, paululum crenulatis; *labium* parvum marginibus sinuatis, ore clauso apertura minima remanente; *palpi labiales* parvi, biarticulati; *antennae* articulis quinque, margini laterali

capitis insertae, articulo tertio in maribus specierum nonnullarum ramoso aut incurvato; *oculi* retro antennas capitis margini externo inserti, convexiusculi, parvi; *thorax* segmentis duobus, *prothorace* angustiore quam caput; *pedes* scansorii *tarsis* biarticulatis, incurvatis, *unguibus* duabus parallelis continuis et ad tibiarum basin supra spinulas duas incurvatis. Habitant in volucribus et scandunt attractione unguium ad tibias.

Subgenus: DOCOPHORUS. Denny.

(Mon. Anopl. p. 63.)

(A *δοκὸς, ου*; melius *δοκὶς, ιδος,* trabecula et *φορὸς, ου*, ferens a *φέρω*, potius Docidophorus.)

Forma ovalis; *caput* validum, subtriangulare, basi latum et rotundatum; *trabeculis* ante antennas mobilibus instructum; *antennae* in sexu utroque simplices; *prothorax* parvus capite valde angustior; *mesothorax* a metathorace non separatus, magnus, transversus aut angulatus; *abdomen* ovale, latum, *hypopygio* in mare integro (non fisso) et rotundato, in femina sinuato.

Spec: 8. *Corvi.* ♂ Linn. Syst. Nat. II. 1018. 14.
Atratus. ♂ Nitzsch. Germ. Mag. III. p. 920.
» Denny. Mon. Anopl. p. 63. pl. IV. f. 8.
Ocellatus. ♀ Scop. Ent. Carniol. 382. n. 1038.
Cornicis. ♀ Fabr. Syst. Ant. 344.
» Denny. Mon. Anopl. p. 65. pl. III. f. 10.

Observatus a me in *Corvo cornice, frugilego* et *corone.*

*

Spec: 9. *Crassipes*. Burm. Handb. II. 2. p. 425. sp. 7.
» Denny. Mon. Anopl. p. 68. n. 6. pl. III. f. 6.

Habitat etiam in *Corvo eliceti*, Transcaucasiae.

Spec: 10. *Communis*. Nitzsch. Germ. Mag. III. p. 920.
» Denny. Mon. Anopl. p. 70. n. 8. pl. V. f. 10.
Emberizae. De Geer. VII. pl. 4. f. 9.
» Fabr. Ant. 349.
Curvirostrae. Panz. Faun. G. 51. fig. 23.
Pyrrhulae. Schrank. F. J. A. 506.
Chloridis. » » 506.
Citrinellae. » » 507.
Rubeculae. » » 507.
Globifer. Olfers. 91.

Observatus a me in *Emberiza citrinella*, *Schoeniclus* et *miliaria*, in Transcaucasia, mense jam Januario.

Spec: 11. *Sturni*. Schrank. Beitr. pl. 5. f. 11.
Leontodon. Nitzsch. Germ. Mag. III. p. 290.
» Denny. Mon. Anopl. p. 74. n. 12. pl. V. f. 3.

Frequens in nido *Sturni vulgaris*, Transcaucasiae.

Spec: 12. *Cincli*. Denny. Mon. Anopl. Brit. p. 85. n. 27. pl. V. f. 8.

Habitat in *Pelidna Cinclus*, Transcaucasiae. Bis etiam in lapidibus a me lectus ad amnem Gaendscha-tschai, quibus Cinclus insidens sese purgavit.

Spec: 13. *Serrilimbus*. Burm. Hdb. II. 2. p. 427. sp. 23.

In nido pyriformi, saxo affixo, semel captus *Yuncis torquillae*, Transcaucasiae.

Spec: 14. *Vulturinus*. Kolenati.

Vide: Tab. XIX. fig. 2. 3. ♂. 4. ♀.

Nitidus, ovalis, capite cum thorace rufo-brunneo, antennis pedibusque testaceis, apice fuscis, abdomine albo, albo-piloso, in quolibet segmento utrinque macula nigro-picea cuneiformi, ventre toto albo, in mare ano linea longitudinali, in femina duabus brevibus piceis.

Long: 0,0022; lat: cap: 0,001; abdom: 0,0015.

Habitat inprimis in capite *Vulturis cinerei* et *fulvi*, Transcaucasiae et Caucasi, valde frequens.

Caput magnum, nitidum, cum thorace rufo-brunneum, medio torulo lato longitudinali, clypeo capitis antice declivi, subrotundo, impressione semilunari, marginibus clypei vix sinuatis utrinque fascia diagonali picea ad occiput percurrente et ad alteram connivente ornatis; *oculi* prominuli; *trabeculae* crassae, conicae, testaceae; *antennae* testaceae, apice fuscae; *prothorax* obcordatus, rufo-brunneus, nitidus, latitudine dimidii capitis, *mesothorax* transversus, rufo-piceus, rotundatus; *abdomen* latum, elliptico-orbiculare, convexum, nitidum, album, segmentis omnibus aeque longis, maculis ad marginem externum cujuslibet segmenti utrinque conicis, acutis, nigro-piceis, nitidis, hinc utrinque octo, maculis segmentorum intermediorum longioribus, intus magis acutis; *hypopygio* nigro-piceo, margine totius abdominis et hypopygii albo; *venter* albus, nitidus; *pedes* validi, testacei, apice fusci.

Simillimus quoad formam et colorem *Docophoro Platystomo*. Burm. (Denny. p. 108. 56. pl. IV. f. 7.) Differt nostra species torulo capitis longitudinali, clypeo capitis antice subrotundo, non sinuato, thorace obcordato et marginibus abdominis ac hypopygii albis. —

(Species conspectis exemplaribus quindecim statuta est.)

Spec: 15. *Upupae*. Denny. Mon. Anopl. Brit. p. 92. n. 37. pl. VIII. f. 1.

Hospes etiam *Upupae epops* Caucasi.

Spec: 16. *Meropis.* Denny. Mon. Anopl. Brit. p. 101. n. 46. pl. IV. f. 4.

Pluries captus in *Merope apiastro*, Transcaucasiae.

Spec: 17. *Modularis.* Denny. Mon. Anopl. pag. 107. n. 54. pl. III. f. 3.

Occurrit in *Accentore modulari*, in vinetis Transcaucasiae.

Spec: 18. *Merulae.* Denny. Mon. Anopl. p. 106. n. 53. pl. III. f. 1.

Observatus in *Turdo pilari*, Transcaucasiae.

Subgenus: NIRMUS. Nitzsch.

(Vox propria.) (Denny. pag. 112.)

Forma elongata; *caput* modicum, longius ac latum, subquadrangulare, basi paulo latius, truncatum, marginibus temporalibus rotundatis; *trabeculis* nullis aut minimis et rigidis; *antennae* sat longae, simplices in sexu utroque, rarius apice crassiores in maribus; *prothorax* transversus, capite angustior, *meso*- et *metathorax* coaliti, prothorace paulo longiores ac latiores, mesothorax vix dignoscendus; *abdomen* oblongum aut elongatum, subparallelum, *hypopygio* in mare rotundato, in femina fisso.

Spec: 19. *Turmalis.* Nitzsch. Denny. Mon. Anopl. Brit. p. 114. n. 3. pl. VI. f. 10.

Habitat in *Otide tetrax* et *tarda*, ad fluvium Kuban Ciscaucasiae et fluvium Chram Transcaucasiae.

Spec: 20. *Discocephalus.* Lyonet. Mémoires du Museum. 1832. Tom. 18. pl. 12. fig. 8.

Fuscus. Nitzsch. Denny. Mon. Anopl. p. 118. n. 9. pl. IX. f. 8.

Parallelus, valde elongatus, nitidus; capite cum thorace fusco-testaceo, antennis pedibusque testaceis, abdomine albido-luteo, marginibus fasciaque lata longitudinali dorsali interrupta fuscis, ventre albido-luteo, macula in quolibet segmento quadrangulari fusca.

Long: 0,002 vel 0,0022. Lat: 0,0005.

Inhabitat dorsum *Vulturis fulvi* et *cinerei* et in *Falcone buteo* et *subbuteo*, valde frequens. Tatari Falcones purgant decocto Aristolochiae Clematitis (Chumusur ebessyn).

Caput panduriforme, nitidum, fusco-testaceum, margine brunneo, circa oculos nigro, margine laterali postico nigro-piceo, clypeo subconvexo; *antennae* validae, crassae, testaceae, *articulo secundo* longissimo, *ultimo* reliquis paulo crassiori; *oculi* prominuli; *prothorax* capite dimidio fere angustior, transversus, subquadrangularis, convexus, nitidus, fusco-testaceus, marginibus externis piceis, disco canalicula profunda longitudinali; *metathorax* antice fere angustior prothorace, postice latior illo, quadrangularis, nitidus, fusco-testaceus, medio vix canaliculatus in margine antico ad medium maculis duabus fuscis, in margine postico una fusca, angulis posticis piceis; *abdomen* lanceolatum, segmentis octo, albido-luteum, marginibus et in quolibet segmento macula magna quadrata fuscis, *hypopygio* fusco; *venter* albus macula in quolibet segmento media quadrangulari fusca; *pedes* testacei, femora antica subtriangularia et reliquis crassiora.

Similis *Nirmo Tesselato*. Denny. Mon. *p*. 121. n. 12. pl. VII. f. 2. Differt capite antice angustiori, metathorace quadrangulari et postice truncato, maculato, maculis in abdominis dorso quadratis non per fasciam longitudinalem albidam bipartitis, praeterea longior.

Spec: 21. *Fulicae.* Denny. Mon. Anopl. Brit. p. 125. n. 17. pl. IX. f. 2.

Habitat in *Fulica atra,* frequens.

Spec: 22. *Apiastri.* Denny. Mon. Anopl. Brit. pag. 133. n. 29. pl. X. f. 4.

In *Merope apiastro* ad fluvium Kuban Ciscaucasiae et Transcaucasiae pluries a me observatus.

Spec: 23. *Cyclothorax.* Burm. Hdb. II. 2. p. 429. sp. 10.
» Denny. Monog. Anopl. p. 150. n. 52. pl. XI. f. 6.

In *Fringilla montifringilla* a me captus.

Subgenus: GONIODES. Nitzsch.

(Denny. Mon. p. 155.)

(A γωνιώδης, εος, angulosus.)

Spec: 24. *Dispar.* Nitzsch. Germ. Mag. III. p. 94.
» Denny. Mon. Anopl. Brit. p. 159. n. 5. pl. XII. f. 5.

In *Perdice cinerea* non infrequens.

Subgenus: LIPEURUS. Nitzsch.

(Denny. Mon. p. 164.)

(A λιπος, εος sebum, adeps et εὐρως situs.)

Spec: 25. *Mergi.* Fabr. Spec. Ins. II. 480. 23.
Temporalis. Nitszsch. Germ. Mag. III. 292.
» Denny. Mon. Anopl. Brit. p. 175. n. 11. pl. XIV. f. 7.

Observatus semel in *Mergo merganser,* Transcaucasiae.

Fam. LIOTHEIDAE. Burm.

Genus: LIOTHEUM. Nitzsch.

(A *λεῖος, α, ον,* facilis et *θεω,* curro.)

Character: Caput depressum, horizontale, ore sub margine antico posito; *mandibulae* breves, crassae, dentibus duobus terminatae; *maxillae* obsoletae; *labrum* et *labium* margine libero, antice paululum sinuato; *palpi maxillares* longi et exserti, filiformes, articulis quatuor; *palpi labiales* brevissimae, articulis duobus; *antennae* articulis quatuor, sub margine capitis laterali insertae, soepius in fossulam retractae, articulo ultimo ovali aut globoso ac crassiori; *oculi* minores; *thorax* e segmentis duobus aut tribus compositus; *pedes* gressorii *tarsis* rectis, biarticulatis, articulo basali brevi, secundo elongato, articulus primus (nonnumquam etiam secundus) pulvillo carnoso armatus, *ungues* duae, divarricatae apice paulo incurvatae.

Subgenus: TRINATON. Nitzsch.

(Denny. Mon. pag 232.)

(*τρι* a *τρεις,* tria et *νωτον, ου* tergum.)

Caput subtriangulare, margine temporali profunde sinuato; *oculi* magni et prominuli a margine orbitali fissura angusta separati; *antennae* in fossam marginis temporalis repositae, *articulo primo* cylindrico et longo, *secundo* brevi, *tertio* transverso, *quarto* ovali in setulam

finiente; *prothorax* obcordatus, *mesothorax* magnus et transversus, *metathorax* validus, quadrangularis; *pedes* crassi *tibiis* cuneiformibus antice oblique sinuatis ad tarsos excipiendos, *tarsis* brevibus et crassis *pulvillis* duobus involutis.

Inhabitant Natatores.

Spec: 26. *Pygmaeum.* Kolenati.

Vide: Tab. XIX. fig. 5. a. b.

Oblongum, magnum, luteum, nitidum, profunde punctatum, pilis longis luteis, clypeo fasciis duabus utrinque et abdomine fascia in quolibet segmento transversa nigris, thorace variegato, pedibus luteis, femorum tibiarumque apice piceo, abdomine luteo, segmento tertio et quarto in medio piceo, reliquis ad latera piceis.

Long: 0,005; lat: 0,0018.

Habitat in *Carbo pygmaeo*, Transcaucasiae.

Caput triangulare, angulis rotundatis, luteum, disperse punctatum, clypeo antice declivi ad latera lineis duabus utrinque obliquis nigris et lineola ante illas transversa subtilissima nigra, regio orbitalis fascia nigra cincta, occipitalis inter orbitales margine nigro; *prothorax* luteus, glaber, marginibus reflexis, sulco longitudinali, tuberculis rotundatis pone angulos anticos et ab illis fascia lata, nigra, sensim tenuiori ad angulos posticos procurrente; *mesothorax* basi niger, postice luteus, postice ad angulum externum profunde impresso-punctatus; *metathorax* luteus, profunde impresso-punctatus fascia transversa lata in medio paululum interrupta intus picea extus atra; *abdomen* oblongo-ovale, luteum, nitidum, segmentis novem, in segmento quolibet fascia transversa lata extus utrinque bipartita atra, margine postico cujuslibet segmenti serie punctorum impressorum et pilorum luteo-

rum; *hypopygium* luteum; *inferior facies* omnium partium crebre punctulata, lutea, marginibus omnium partium piceis; *pedes* lutei, femoribus et tibiis utrinque piceis, tibiarum margine interno piceo.

Similis *Trinoto Lurido.* Nitzsch. Germ. Mag. III. p. 300. Denny. p. 234. 2. pl. XXII. f. 2. Differt species nostra punctis impressis, absentia lineae longitudinalis mediae nigrae prothoracis, fasciis abdominis atris et pedibus variegatis.

Spec: 27. *Squalidum.* Denny. Mon. Anopl. Brit. p. 235. n. 3. pl. XXII. f. 3.

Semel observatum in *Anate crecca*, Transcaucasiae.

Subgenus: LAEMOBOTHRIUM. Nitzsch. (Denny. p. 238.)

(A *λαιμός, ου,* gula et *βόθριον, ου* scrobicula.)

Caput oblongum, antice sinuatum, lobi temporales angusti postice acute prolongati; *antennae* breves, crassae, in fossam profundam sub margine temporali reclinatae, articulo ultimo globoso omnium crasssiori; gula excavata; *prothorax* quadrangularis, meso- et metathorax non distinctus cum abdomine segmenta undecim (absque hypopygio) formans; *abdomen* lanceolatum; *pedes* sat crassi, gressorii, *tarsis* subtilibus, pedes antici brevissimi, postici longissimi.

Inhabitant secundum Denny Genera: *Falco, Vultur, Struthio, Fulica* et *Ardea.* Ego experientia edoctus hoc genus quam maxime vagum declarare cogor, nam inveniuntur sub lapidibus ad amnes, in nemorosis sub foliis et occurrunt revera in *Vulture, Falcone, Pelecano, Carbo,* et *Natatoribus* pluribus.

Spec: 28. *Lathrobium.* Kolenati.

Vide: Tab. XIX. fig. 6. a. b.

Piceum, nitidum, punctato-aciculatum, occipite pedibusque testaceis marginibus piceis, antennis, ore et gula albido-testaceis, ventre fusco-testaceo, margine piceo, pilis longis fuscis disperse obsito.

Long: 0,008; lat: 0,0018.

